Est autem facere propriè, in opere esse, id est, rei alicui faciem quædam inducere. Unde etiam facies dicitur. Qui enim facit vas, vasis faciem illi imponit: qui vestimentum, vestimenti faciem. ¶ Intendit sumitur pro scribere, id est, componere. *moūs*. Donatus in Tarentum, Facit qui materiam componit, ut Menander. Hinc litteras facere super realia (i. scribere.) Gell. cap. 15. lib. 6. & Plaut. Asin. sc. 1. a. 4. Ne sit illi cera, ubi facere possit litteras. ¶ Facete etiam verbum est circense (unde factiones 4. & in lusu pilæ factores dixit Plaut.) ut apud Cic. in Brut. Aut si auditor omnino tanquam equus non facit. Equus verò non facit, qui segnis & ignavus est, qui non in partem ad victoriam adjuvat, nec in curriculo corripit spatiū, neque autigam audit. ¶ Pro æstimare, *ποσεῖν*. Plaut. in Cur. Migrat certum jam nunc è fano forus, quando Esculapii ita sentio sentiantur, ut me nihil faciat, me salvum velit. Sic magni facio, *ποσεῖ μεγάλην*. Parvi facio, *ποσεῖ μικρήν*. Idem Asin. sc. 1. a. 1. Te ipsum haud facio magni. Tanti facio, magno pretio æstimo, nullius æstimo, tanti æstimo. Nec composita sunt hæc, quæ manifestè divisa inveniantur. Idem in Cur. Respicio vos nihil meum gratiam facere. Idem in Rud. Minacias ego istas flocci non facio tuas. Cic. Cecin. Utebar familiarissime Cæsare, Pompeium faciebam plurimi. ¶ Jungitur & cum genitivis lucri, & sumptu: ut Luctifico idem sit, quod facio lucrunt, *ποσεῖσθαι*: & sumptu facere, idem quod facere sumptum, *ποσεῖσθαι*. Plaut. in Persa. Non ædepol trecentis cara est, fecisti lucri. Idem in Casin. Si nunc me suspendo, meam operam lusterim, & præter operam restim sumptu fecerim. ¶ Transfuerit porro verbum *facio* ad inumeros propemodum usus. Nam & facere verba dicimus, id est, loqui: *ποσεῖσθαι λόγους*. Facere iter, est iter, *ποσεῖσθαι*. Facere aliquem certiorum, est significare alicui rem aliquam. Facere gratium, *ποσεῖσθαι φίγους*. Facere ludos, exhibere. Facere lucrum, lucrari. ¶ Facere etiam, pati est: ut Facere jacturam, damnum, naufragium: *ποσεῖσθαι θύλαιν*. Non facit ad aulam contumacia. Senec. 4. de tranquill. Non bene facit ad forensem pulverem vestis vesicolor. Quintil. Faciunt hæc ad inclinationem causæ (i. prosunt.) Idem

Non facit ad stomachum nostra lagena tuum.

Mart. Epigr. 45. lib. 10.

Non facit ad savos cervix nisi prima leones.

Idem Epigr. 19. lib. 1. Mirè hoc facit ad pullatum circulum. Quintil. cap. 13. lib. 2. Nihil æquè facit ad viperæ mortuum ( id est, prodit.) Suet. in Claudio, cap. 16. { GALL. Il n'y a rien de si bon, & de si su-verain pour la morsure d'un serpent. } Quintilianus. Alii (canes) ad aprum, alii ad cervum faciunt ( id est, apti sunt.) ¶ Mixtus loquendi modus diligenter notandus. Plaut. Aul. sc. 6. (alias 10.) a. 4. Quem ego avum feci ut essem hodie. Idem in Pseud. sc. 6. a. 4. Quid cello Pseudolum facere, ut det nomen ad molas. Idem Amphit. Me meus herus fecit ut vigilarem. Idem Moſt. sc. 1. a. 2. Adveniens patrem faciam ne introeat. Idem Pseud. sc. 2. a. 1. Pernam, calum facito in aqua jaceant. Ita etiam Gellius cap. 12. lib. 14. Facit me ut essem prudentior. Et cap. 13. lib. 19. Fac me ut sim cens. In quibus loquutionibus. Accusativi illi, avum, Pseudolum, perna, me, &c. per suos nominativos avus, perna, &c. resolvuntur. ¶ Item facere pro sacrificare: *ποσεῖσθαι, ποσεῖσθαι*. Virg. 4. Eclog.

Quum faciam vitula pro frugibus, ipse venito: id est, quum sacrificabo. Cic. pro Muren. Nolite à sacris patriis Janonis sospitæ, cui omnes Confules facere necesse est, domesticum & suum Consulem potissimum avellere. Plaut. Plenam faciam tibi fideliā, id est, implebo. ¶ Item rem obsecnam facere. Idem, Mavult ancillæ facere, quam liberæ. Idem Moſt. sc. 4. a. 7. 1. Si tibi cotidie facere (i. amplecti amicam,) licet. Facere consuetudinem stupi cum aliqua. Suet. in Calig. cap. 24. Complectere. Ph. Facio lubens, Plaut. Asin. sc. 3. a. 3. Et factum flagitium, vide infrā in Factum. Gell. cap. 12. lib. 7. Fecit quod Cincedi facere solent. ¶ Facere matres, vide Mater. Facere avum, vide Avus. Hic senex clam uxore animo suo fecit volupe. Plaut. Asin. Item Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Detexit variis qui sua facta modis (i. adulteria.)

Pertinet & ad pecuniam, quæ fieri dicitur, quum cogitur, seu coligitur. Salust. Iugurth. Quæ pecunia at H[ispan]iæ bellum Metello facta erat. ¶ Denique facere (ut Papinianus inquit) omnem omnino faciendi causam complectitur, dandi, solvendi, numerandi, judicandi, ambulandi, reddendi. Unde qui oriosus sedet, si rogetur quid faciat? rectè respondere poterit, se nihil facere, quandoquidem oriosus est. Rectè etiam se sedere: quoniam & sedere ipsum aliquid facere est, ut jacere, navigare, quiescere. ¶ Faciam te ut plutonium amem, id est, plurimum amabo. Faciam ut tibi profim, id est, tibi proderio. ¶ Plaut. Mil. sc. 6. a. 2. Arbitramini quidvis licere facere vobis? Idem Aul. sc. 6. a. 2. Dedecoris plenum faciam herum illum. ¶ Facere delicias, vide Delicia. Tu facito ut venias ad vos. Idem Men. sc. 4. a. 2. Hoc servi facinus frugi, quod facere perseguor. Idem Aul. sc. 2. a. 4. Faciam vestra latera loca. Idem Mil. sc. 2. a. 2. Facero sementem, vide Sementis. ¶ Fac te esse qui sum, id est, finge te esse me, vel ponere cum esse qui sum. ¶ Facto opus est, fieri opus est. *ποσεῖσθαι, ποσεῖσθαι*. Quod etiam dicimus Opus est factu. ¶ Contumeliam facere alicui. Idem Asin. sc. 4. a. 2. Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur. ¶ Factum iri audio illi injutiam, hoc est, audio futurum ut illi fiat injuria. Factum itur mihi contumelia. Cicet. Cato pro se contra Cassium, apud Gell. cap. 14. lib. 10. Atque evenit ita Quirites, ut in hac contumelia, quæ mihi propter hujusmodi peccata factum itur, Rei quoque publicæ medius fidius miseretur Quirites. ¶ A facio item sunt verba primæ conjugationis in terminata, quæ propè infinita sunt: Sacrifico, magnifico, deibi-

ed, clarifico, ædifico, vivifico, mortifico, justifico, & falsifico, & hujusmodi. ¶ Facere are, apud Lucretium lib. 6. pro Ares facere, & spūas.

*Principio terram sol excoquit, & facit are.*

¶ Factum, in responsione affirmativa, pro Ita, sive etiam. Terent. in Eunuch. Chæreane tuam vestem detrahit tibi? Do. Factum. Pr. Et ea est indutus? Do. Factum. Ibidem. Dic mihi, aufug istin? Ch. Hera factum. Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1. Furcifer: B. Factum optime: (assentientis.) Sic idem Cura. sc. 2. a. 5. Benè facis. Mox, lepidè facis (quia annuit petenti.) Vide Benignè.

— da facto gaudia lucro.

Ovid. 5. Fast. Ut de Claudio factum palam est (i. de morte.) Suet. in Neron. cap. 8. Factis vicibus. Vide Vicem. ¶ Facete ægræ alicui, hoc est, facere alicui rem molestam. Terent. in Eunuch. Miles vero sibi putare adductum ante oculos æmulum, voluit facere contra huic ægræ. ¶ Facere animum alicui, est incitare, & animum alicui augere. Liv. 5. bell. Pun. Missum à Metaponto præsidium Romanis fecit animum, ut nocte ex improviso opera hostium invaderent. Ovid. 5. Trist.

*Quæ tibi res animos in me facit improbe?*

¶ Facere argentariam, est facere quæstum argentarii, hoc est, trapezitæ, sive mensarii. Cic. 7. Verr. Is quem ille argentariam Lepti seculle dicit. Facere auspicium dicitur avis, è qua auspicium capit. Liv. 1. ab Urbe, Eam alitem ea regione cœli, & ejus diei nuntiam venisse, circa summum culmen hominis auspicium fecisse. Item, Facere pecuniam. Suet. in Cas. cap. 42. & Plaut. Aul. sc. 3. a. 4. Cor cœpit artem ludicram facere. Idem Amph. prol. Jovem facere histrionom. Facere medicinam, pro mederi. Vide Medicina. Facere scriptum, pro scribam esse. Gell. cap. 9. lib. 6. ¶ Facere cadaver, occidere. Apul. lib. 8. Cadaver quod ipse fecerat, avidè complexus est. Gell. cap. 23. lib. 13. ex oratione M. Catonis: Succidias humanas facere, funera (i. occidere.) ¶ Facere vulnera, Ovid. 4. Fast. Velleius, Quin tu hoc facis? (de eo qui invitauit ad mortem exemplo suo.) Facere paucos dies cum aliquo. Senec. epist. 67. ¶ Facere damnum & flagitium. Plaut. Pseud. sc. 5. a. 1. Facere orbum. Idem Asin. sc. 3. a. 3. Acerbum funus filiæ faciet, si te carendum est (id est, immaturæ morti dabit filiam, &c.) & Men. sc. 2. a. 3. Fecisti funus, absente me prandio (i. sepelivisti prandium.) Vous avez encoffré, devoré le disner. Metaphor. ¶ Haud caussa est, quod nunc voluisti facere, quin facias mihi (i. occidere, mergere.) Idem Most. sc. 2. a. 2. Facere facinus. Idem Cura. sc. 1. a. 1. ¶ Facere copiam & potestatem alicui. Idem Capt. Gratiam habeo tibi, quum copiam istam mihi, & potestatem facis, ut ego ad patentes hunc remittam nuntium. ¶ Facere cum aliquo, est partes illius fovere, aut sequi. Gellius lib. 15. cap. 22. Ex eis nationibus quæ cum Sertorio faciebant, quum multis præliis superatus esset, neminem unquam ab eo despiciisse. Cicer. pro Quint. Quum veritas cum hoc faciat, &c. Ovid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.

### Deorum

*Casare cum magno cetera turba facit (i. consentit.)*

¶ Minus quam æquum erat feci. Plaut. Aul. sc. 2. a. 3. Facere compendium pulandi. Idem Pseud. sc. 2. a. 2. Facere obsequiam liberis. (i. obsequi.) Idem Asin. sc. 1. a. 1. Dii tibi faciant benè. Idem Mil. sc. 6. a. 2. ¶ Sermoni finem face tuo. Idem Asin. sc. 3. a. 3. ¶ Facere exuvias (i. exuere.) Vide Exuvia. ¶ Quid me facturum putatis? (pro facturam.) Ibidem, Aliquid facere certum alicui (pro reddere.) Idem Men. sc. 1. a. 2. ¶ Fac esse: permittentis & concedentis est loquutio, ac si dicas, Esto, vel pone ita esse. Cic. in Verr. Facita esse, ramen hoc ferendum nullo modo est. ¶ Facere fidem, est facere ut quis credat, persuadere: πίστιν ποιεῖν, vel παραγγέλλειν. Cic. in Catil. Ut quoniam auribus vestris propter incredibilem magnitudinem sceleris minorem fidem faceret oratio mea. ¶ Facere gradum, est ambulare. Idem de Orat. Quin prodis mi Spuri, ut quotiescumque gradum facias, toties tibi tuarum virtutum memoria veniat in mentem? Plaut. in Cura. Sed grandiorem gradum ergo fac ad me obsecro, id est, propria ad me accedere. Gradum ad aliquid facere, est per quosdam veluti gradus ab una re paulatim ad aliam transitum facere. Quint. lib. 3. cap. 6. Namque & illud frequens est, ut ea quibus minus confidimus, quum tractata sint, omittamus: interim sponte nostra veluti donantes, & ad ea quæ sunt potentiora, gradum ex his fecisse contenti. ¶ Facere gradum, pro Promovere. Liv. 6. ab Urbe, Accingendum ad eam cogitationem esse, conando, agendoque, jam eo gradum fecisse plebeio: unde si potrò annuntiantur perenire ad summa, & patribus æquari tam honore, quam virtute possent. ¶ Facere gratiam jurisjurandi, id est solvere vinculo jurisjurandi. Plaut. Rud. Nihil hercle hic tibi est, ne tu spares: jurisjurandi volo gratiam facias. ¶ Facere gratiam, pro onus quod subire quis teneatur, ei remittere, privilegioque ab eo eximere. Suet. in Aug. cap. 38. Mox reddendi equi gratiam fecit eis, qui majores annorum quinque triginta retinere cum nollent. ¶ Facere gratiam delicti, pro ignoscere. Salut. in Ingrurha, Cæterum Baccho, quoniam pœnitit delicti, gratiam facit, id est, ignoscit. ¶ Facere gratum, pro gratificari. Ter. in Eunuch. Hac re, & omni te turba evolves, & illi gratum faceris. ¶ Facere injuriam, est verbo factōve aliquem injustè lädere. adixit. Plaut. Mercat. Filio suo innocentio qui fecit tantam injuriam. ¶ Facere initium, incipere, δημιουροῦν, ἀρχεῖν. Cic. ad Attic. lib. 9. Si hic qua ratione initium fecit, eadem cetera ager sincerè, temperate, prudenter, valde video. ¶ Facere largitionem, seu largitiones, est largiri, & profundere, ac dissipare. Idem 3. Tuscul. Et quidem C. Græchus quum largitiones maximas fecisset, & effudisset æratum, verbis tamen defendebat æratum. ¶ Facere literas, i. scribere. Plaut. in Asin. Ne ulla sit cera, ubi facere possit literas. Idem in Rud. aliter dixit. Neque quicquam melius est mihi, ut opinor, quam ex me ut una re faciam literam longam, laqueo collum quando obstrinxero. Hic translaterè pro se suspendere. ¶ Ne longum faciam, id est, ut breviter dicam: apud Horat. 1. Serm. sat. 3. ¶ Facere ludos, irridere. στρεψα. Plaut. in Aul. Quem tu senecta ætate ludos facias. ¶ Experior te quanti facias uxorem tuam. Idem Amph. ¶ Facere magni,

Calepini Pars I.

est magni æstimare. τοὺς πάντας ποιεῖν. Idem in Asin. Nunc nequæ quid velim facitis magni. ¶ Facere maximi. Terent. in Phorm. Merito te semper maximi feci Chrem. ¶ Nihili facere, est nihili æstimare, εἰδῆς ποιεῖν. ¶ Facere parvi. Plaut. Rudente: Illos scelestos, qui tuum fecerunt fanum parvi, & ausi sunt violare nos. Idem Ps. sc. 2. a. 4. Pauci istuc faciunt. Item, Facio ut memineris, & facito ut pretio pervincas. Idem Cura. sc. 3. a. 1. Et, Equi facite ut in flexu si pedum pernitas. Idem Men. sc. 2. a. 5. ¶ Facere verba, vide Verba. Idem ibidem sc. 5. a. 5. Properè, quicquid sis facturas, face. Idem Asin. sc. 2. a. 2. Facio me facetum, magnificum virum. Idem Capt. prolog. Reducem faciet liberum in patriam. Idem Men. sc. 2. a. 1. Nunc adeò ut facturus dicam. Idem Pseud. sc. 2. a. 3. Boves convivas faciunt. ¶ Ne pili quidem facere. Catullus epigr. 17. ad Coloniam,

Ludere hanc finit ut lubet, net pili facit uni.

¶ Pluris facere. Cic. Attic. lib. 8. Ego pro Pompeio libenter emori possum: facio pluris omnium hominum neminem. Totum insanum amare, hoc est, quod heret facit. Plaut. Capt. sc. 3. a. 1. Facere turbas, vide Turba. Facere moram, vide Mora. ¶ Facere manum, pro colligere milites. Cic. in Verr. Illi nocte, facta manu armataque veniunt. Idem pro Cacina. Quum manum fecerit, copias parat, &c. Facere bellum. Liv. lib. 3. d. 4. Facere terrorem. Idem 8. d. 4. ¶ Facere silentium. Plaut. Prol. Amph. Ita huic facietis fabulæ silentium. Facit censum adjectio syllabæ. Facere viam. Liv. lib. 6. d. 4. Facere semitam per fundum. Plaut. Cura. sc. 1. a. 1. Facere opus, vide Opus. Facere reducem, vide Redux. ¶ Facere somnum. Ovid. 4. Fast. vino somnum faciente jacebant.

Et 3. Fast.

— — — — — volucrēsque canora

Fecerunt somnos.

Celsus cap. 39. lib. 3. Quæ quia levat morbum, potest etiam facere somnum. ¶ Facere negotium alicui. Gell. cap. 16. lib. 3. Item, Face id, ut jam paratum sit. Plaut. Asin. sc. 1. a. 1. ¶ Facit mecum, hoc est, sentit mecum, ac meæ est opinionis. Ovid.

Vt fatear, mecum sola Corinna facit.

Horatius,

Et facit, & mecum facit, & Ioue judicat aquo.

Ad eum etiam modum dicimus, tecum, secum, nobiscum, aut vobis- cum facere. Cic. pro Sylla, Quid tum? Crassus si respondisset idem sentire, & secum facere Syllam. Idem pro A. Cecin. Videatis au- thoritatem sapientissimorum hominum facere nobiscum. Facere men- tionem, commemorare. Idem de senect. Lysandrum Lacedæmonium (cujus modò mentionem feci) dicere hoc solitum, Lacedæmon esse honestissimum domicilium senectutis. ¶ Facere missum, idem quod dimittere. Idem 3. Offic. Juravitque se illum statim interfectorum, nisi jusjurandum dedisset se patrem missum esse facturum. Missiones facere veteranorum. ¶ Facere intercessiones. Gell. cap. 12. lib. 13. ¶ Facere testes. Ovid. 5. Fast.

Sive ego te feci testem, falsōve citavi.

Facere testimonia. Quintil.

— — — — — Facit omnia festa (laurus.)

Ovid. Eleg. 1. lib. 3. Trist. ¶ Facere judicium, pro judicare: vide Iu- dicium. ¶ Fecit hominem frugi, ut facere oportuit. Plaut. Capt. sc. 2. a. 2. ¶ Facere modum alicujus rei, est sibi temperate, & modum non egredi. Cic. de legib. Ipsisque magnoperè authorem fuisse, ut ali- quando controversiarum aliquem facerent modum. ¶ Facere modos, est inter actus fabularum intercinete. Terent. in prolog. Andr. Flac- cus Claudi filius modos fecit tibiis paribus, dextris & sinistis. Cic. de Orat. Neque id actores prius viderunt, quam ipsi poëtæ, quam denique illi etiam qui fecerunt modos. ¶ Facere mutuum & pro- prium cum aliquo. Plaut. Trin. Benè vult tibi, si ædepol mutuum mecum facit. Idem Cura. sc. 1. a. 1. Ea me deperit. Ego autem cum illa solo facere mutuum: id est, solo eam deperire, ut me deperit. ¶ Naufragium facere. Cicer. ad Tironem, Qui cupidè profecti sunt, multi naufragia fecerunt. ¶ Facere nomen, est nominare. Liv. 8. ab Urbe. Scelerato campo, crede ab incesto id ei loco nomen factum. Ovid. 6. Fast.

Tum sibi Calluceo Brutus cognomen ab hoste fecit.

Plaut. Men. sc. ult. a. 5. Quomodo nomen factum Menæchmo tibi. Ibid. Fecit mihi nomen quod tibi est. Et alibi, Juventus fecit mihi nomen Paeniculo. ¶ Facere scriptum, pro scriptam esse. Gell. cap. 9. lib. 6. Neque sibi placere, qui scriptum faceret, eum ædilem fieri. Paulò ante, Qui ædili appararet. Idem. ¶ Facere, pro aptum esse. Quint. Alii canes ad aptum, alii ad cervum faciunt (i. apti sunt.) Item, Nupsisti ejus patri? Dii melius faciant. Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1. Facite, coquite, festinate. Idem Aul. sc. 3. a. 3. ¶ Pro ostentare. Idem Milit. sc. 4. a. 2. Dum te fidelem facere hero voluisti. ¶ Faciebam me glo- riolum (i. jaætabam.) Idem Pseud. sc. 4. a. 2. Facere nomen alicujus amplius, est conciliate famam & celebritatem. Liv. 8. bell. Pun. Ubi per aliquot annos maximis rebus gerendis amplissimum nomen apud exteris gentes, popul. Rom. familiaque vestræ fecerant. ¶ Facere nomina, idem quod debitorem se constituere. Senec. cap. 1. lib. 1. de benef. &c. 24. de vita beata. Cic. 3. Offic. Emit homo cupidus & lo- cuples, tanti quanti Pythius voluit, & emit instructos: nomina fa- cit, negotium conficit. ¶ Accipitur etiam pro pecuniam mutuam dare, aut alias debitorem sibi aliquem facere. Idem Gallo, lib. 7. Ac- ceperi Aviani literas, in quibus hoc inerat liberalissimum, nomina se facturum qua ego vellem die, id est, pecuniam creditum, in eam diem solvendam quam ego postulasse. ¶ Facere nomen cum vineis, hoc est, facere supplicationem redditus vinearum. Col. lib. 3. cap. 3. Quod quasi nomen si ut scenerator cum debitore, ita rusticus cum vi- neis suis fecerit, ejus summæ, ut in perpetuum, &c. ¶ Facere otium, id est, dare. Virg. 1. Eclog.

O Melibæe, Deus nobis hac otia fecit.

Facere spem. Sueton. in Tib. cap. 24. Item, Facere multa judicia vio- lenti amoris (de Artemisia.) Gell. cap. 18. lib. 10. ¶ Facere, pro fore. Ovid. Eleg. 5. lib. 3. Trist.

Spes igitur supereft facturum ut molliat ipse

Mutati pœnam conditione losi (i. fore, vel futurum esse.)

¶ Facere ova, pro parere. Varr. 3. de re rust. cap. 9. Neque ferè in villis ova ac pullos faciunt, sed in sylvis. ¶ Facere par. Plaut. Trinum. Feceris par tuis cæteris factis patrem tuum si percole. ¶ Facere periculum, est tentare, & experiri. Terent. Andr. Qui scis ergo istuc, nisi periculum feceris? ¶ Facere potestatem, permittere, concedere. Cic. in Catil. Si quid de his rebus dicere vellet, fecit potestatem. Facere potestatem, sive copiam sui, est aditum ad se præbere, & permittere ut secum agatur: ut, Facere omnibus sui convenienti potestatem. Idem 8. Philipp. ¶ Facere imperium in aliquem. Plaut. Amphitr. Facit testa in angues imperium. ¶ Facere auctionem, § GALL. Faire un encan, ou vente en public, au plus offrant & dernier encherisseur. § Idem Men. sc. ult. Facere compendi: vide Compendium. ¶ Facere fortunatum. Idem Aul. sc. 5. a. 2. Ut Fortunatis faciat (lat) gnatae nuptias. ¶ Facere recognitionem mutuam, Faire reconnaissance mutuelle, s'entre-reconnostre l'un l'autre. Gell. cap. 14. lib. 5. de leone canda & lingua Androdo benefactori suo blandiente: Tum (inquit) quasi mutua recognitione facta, &c. ¶ Facere progressum in studiis. Cic. 4. Tusc. Philosophia denique ipsius principes nunquam in suis studiis tantos progressus sine flagranti cupiditate facere potuissent. ¶ Facere proventum majorem, hoc est, uberiores fructus dare. Col. lib. 2. cap. 15. Nec solum ea res majorem facit proventum, sed etiam saporem & odorem vini, pomorumque reddit meliorem. ¶ Facere pulverem. Cels. lib. 5. cap. 28. Pulveris paulum, quem ex lapide molari contrito fecit. ¶ Facere quæstum, lucrari. Plaut. Capt. Ægrè est mihi hunc facere quæstum careeriarum propter sui gnati misericordiam. Quæstum suo corpore facere, id quod meretricis est. Liv. 6. bell. Pun. Quid tu huic homini facias? Idem pro Cecin. ¶ Facere ratione, hoc est ob aliquam certam causam. Cic. ad Attic. lib. 12. Quod domi te inclusissi, ratione fecisti. ¶ Ratum facere, est confirmare. Liv. 8. bell. Pun. Quæ nobis Imperatores vestri commoda tribuerunt, ea rata atque perpetua vestrâ autoritate facietis. ¶ Facere rem, est opes querere & parare. Terent. in Adelph. Nunquam rem facies: abi, nescis inascar homines Sannio. Plaut. Pseud. sc. 1. a. 2. Hinc ego rem meis civibus faciam. ¶ Mei tergi facio hoc, non tui fiduciâ. Idem Most. sc. 1. a. 2. ¶ Facere rem divinam, sacrificare. Idem in Amph. Ego rem divinam intus faciam, vota quæ sunt. ¶ Facere reum, hoc est, accusare, sive reum agere. Tacit. lib. 1. Violatorem fœderis vestri Arminium, apud Varum qui tum exercitu præsidebat, reum feci. ¶ Facere sacrificium, & sacra. Cic. de clar. Orat. Licet aliquid etiam de M. Popilii ingenuo suspiciari, qui quum Consul esset, eodemque tempore sacrificium publicum cum lana faceret. Liv. 1. ab Urbe. Qui sacra publica pop. Rom. faceret. ¶ Facere sanguinem, pro effundere. Idem 5. bell. Maced. Nondum indicto bello, aut ita commisso, ut strictos gladios aut sanguinem usquam factum audissent. ¶ Facere satis, est debitum persolvere. Plaut. Asin. Sed vina quæ vindidi heri vinario Exærambo, jam pro his satisfecit Sticho? L1. Fecisse satis opinor, id est, soluisse. ¶ Facere satis alicui, pro ejus voluntati obtemperare. Cic. 1. de clar. Orat. Ego verò, inquam, si potero, faciam vobis satis. ¶ Facere somnum, i. somnum conciliare. Cels. lib. 3. cap. 18. Quæ quia levat morbum, potest etiam somnum facere. ¶ Facere stipendia sub aliquo, idem quod militare. Plin. de viris illustr. Sub Oreste in Sardinia stipendia fecit. Facere stipendiarios, est cogere ad solvendum tributum. Cas. 1. bell. Gall. Heduos quoniam belli fortunam tentassent, & armis congressi & superati essent, stipendiarios sibi factos. ¶ Facere excisionem oppidis, pro oppida excidere. Plaut. Cura. sc. 2. a. 4. ¶ Facere intercessiones. Gell. cap. 12. lib. 13. Intercessionibus faciundis, &c. Facere amolitionem, pro amoliti. Idem cap. 1. lib. 12. Ubi facta infantis amolitio est. § GALL. Quand on a envoyé l'enfant en nourrice. § Facere testes. Ov. 5. Fast. Sive ego te feci testem, falsum citavi.

Facere conjecturam, vide Conjectura. Facere capital, vide Capital. Item, Facirent ædes: propria, habes quod facias. Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1. ¶ Item, Jamdudum factum est, cum primum bibi. Idem Asin. sc. 2. a. 5. Jamdiu factum est, cum discessisti ab herbo. Ibid. sc. 1. a. 2. Impridem videtur factum, quod. Idem Amphitr. Quamduum factum est istuc: &, Nunquam factum est. Ibid. sc. 2. a. 2. Factum est illud, ut ego vini hirneam ebiberim meri. Ibid. ¶ Facere stomachum alicui, est commovere aliquem, & bilem excitare. Cicer. Lent. lib. 1. epist. Non illi quidem, ut mihi stomachum facerent. ¶ Facere sumptum, quod alias facere expensas, vel expendere dicitur. Plaut. Capt. Quin ita faciam, ut te cupias facere sumptum, et si ego vetem. ¶ Facere vadimonium, pro promittere. Idem Epid. Ille, ut vadimonium mihi hic ultrò facit. ¶ Facere vela, id est, velificare. Virg. 5. Æneid.

Vela facit tamen, & plenis subit ostia velù.

¶ Facere vestigium, ambulare, progredi. Cic. pro Rab. Posthum. Hic vos aliud nihil orat, nisi ut rectis oculis hanc urbem sibi intueri, atque in hoc foro vestigium facere licet. ¶ Facere vitium, est correre, vel vitiare, & aliqua parte labefactari: & propriæ de ædificiis dicitur. Idem in Topic. Si ædes exæstæ corruerunt, vitiumve fecerunt. Facere vitium, pro vitiare & corrumpere. Vitruvius. Si venti frigidí sunt, lœdunt: si calidi, vitiant: si humidi, nocent: iidem faciunt vitia pavimentis. ¶ Facere volupe animo suo. Plaut. Asin. sc. 2. a. 5. & Most. sc. 4. a. 1. Hic senex si quid clam uxore suo animo fecit volupe, neque novum, neque mirum fecit, nec secus quam alii solent. ¶ Facere vota, est supplicate. Plin. lib. 17. cap. 2. Ergo qui dixit hyemes serenas optandas, pro arboribus vota fecit. ¶ Facere urinam, est meiere. Colum. lib. 6. cap. 30. Plerunque jumenta morbos concipiunt lassitudine & æstu: nonnunquam & frigore, & quum suo tempore urinam non fecerint. Quid faciemus hoc homine? hoc puer? pecunia? Loquendi mos est perelegans, & veteribus solum usitatus, in quo ellipsis esse viderur præpositionis Cum. Plaut. Most. sc. 4. a. 1. Quid hoc nomine faciam postea? Idem Mil. sc. 5. a. 3. Quid facies ea machæra? Idem Capt. sc. 1. a. 5. Quid meo minore factum sit filio. Terent. in Andr. Quid me faciam? nescio. Cicer. lib. 6. ad Attic. Quid iis fieri, si hue Paulus venerit? ¶ Interdum tamen præpositio De, exprimitur, ut apud Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1. Quid de

drachma facere vis? Et Cic. lib. 6. ad Attic. Quid de P. Clodio fiat rescribe. Terent. Neutra in te vobis à me difficultas erit. Sed quid faciemus puer? Cic. Quid factum est Strabone & Nicostrato? quid te futurum putas? ¶ Facere unguentarium, pro Illinete oleo & unguentis: quod balneatores vel ante balneum, vel post balneum facere solebant. Unguentia autem vocabant antiqui omnia olea-composita. Plaut. Pœn. Ibi te replebo usque unguentorum è zeugmaris. Quid multa verba faciam? ubi tu laveris, ibi ut balneator faciat unguentarium. ¶ Faciundus, a, um. Idem Cure. sc. 1. a. 2. Date faciundam statuam. Et Gell. cap. 11. lib. 15. Visum est faciundum, ut ostenderemus. Faciundum fuit: hoc est, factum oportuit. Terent. Ennuchi sc. 2. a. 1. Non pol quo quenquam plus amem, aut plus diligam, eo feci: sed ita erat res, faciundum fuit. ¶ Factu id optimum. Plaut. Aul. sc. 5. a. 3.

¶ Face, fac. Enn.

Faciem, faciam antiquè. Lips.

Facitur, fit. Titin. Non.

Factio, ipsa *minus*, ejus motus, qui est in opere. ¶ Factio item astonomicum vocabulum, de quo Scaliger in Manilianum illud lib. 1.

mittunt in tempora signum.

Tralatio, inquit, à prætore, qui Circensis signum mittendi currit dat, præunte linea albâ à carceribus ad metam.

Factionarius, qui ex factione aurigaria erat: item dominus factio-num. ¶

Factus, a, um: Facta ad pudicos mores fabula. Plaut. Capt. sc. ult. 4.5. Facta pareas, vide Parens. Facta ruina, vide Ruina. Ego sum in sua factus nimio nequior. Idem Most. sc. 2. a. 1. Factus nequior usus ædium. Ibid.

Notaque non tardè facta Thalcia mea est.

Ovid. Eleg. ult. lib. 4. Trist. Virtute id factum tua. Plaut. Most. sc. 1. a. 1.

Fert bene præcipites navis modò facta præcellas,

Ovid. Eleg. 6. lib. 4. Motibus præfectum mulierum hunc factum relim. Plaut. Aul. sc. 5. a. 3. Ædes factæ probè examissum. Idem Most. sc. 2. a. 1. Facta est pugna in gallo gallinaceo. Idem Aul. sc. 4. a. 3.

Factum, i: substantivum. Res gesta. { תְּשִׁׁיםָהָבָשָׁכֶבָה, לְשִׁׁיםָמָבָשָׁכֶבָה. GALL. Un fait, une chose faite. ITAL. Fatto. GERM. Ein that. HISP. El hecho. ANGL. A thing done, a doed. § Virg. lib. 1. Æneid.

Fortia facta patrum.

Terent. in Andr. Dictum ac factum invenerit aliquam causam, quamobrem ejiciat oppido. Utinam dictis facta suppetant. Plaut. sc. 1. a. 1. Dicto non audebat, facto nunc lædat, licet. Idem Capt. sc. 2. a. 2. pro claris factis diritis aguntur malis. Idem Amph. Usq; me insanum facit fœdis suis factis. Ibidem. Eorum alter suis factis immortali te afficiet gloria. Ibid. sc. 1. a. 5. Magis percipimus lingua dici, quam factis fore. Idem Asin. sc. 3. a. 1. Matronarum hic facta permovit probè. Item, Hoc factum est optimum. Idem Pseud. sc. 1. a. 1. Tibull. lib. 4.

Ergo ubi præclaros poscent tua facta triumphos.

¶ Factum pro beneficio. Plaut. Asin. sc. 1. a. 5. Isto me facto devinxisti. Idem Milit. sc. 3. a. 3. Neque scis herum tuis factis sospitatur, (id est, beneficiis.) Catull. de com. Beren.

Quis ego pro factis (i. meritis, vel eventis.)

¶ Factum pro flagitio. Plaut. Asin. sc. 2. a. 5. Hoc facto sese ostendit. Idem Aul. Dabo illi spatium exquitandi meum factum. ¶ Factum mutare, pro sententiam mutare. Terent. in Andr. Hand muto factum. ¶ Bonum factum. Veteres hoc in edictis præfari solebant, boni omnis causa. Suet. in Cas. Bonum factum, ne quis Senatori novo catiam monstrare velit. Plaut. in Pœn. Bonum factum est, edita uerbetis mea. Tertull. O edictum, cui adscribi non potest Bonum factum.

Factus, us: Confectio. { תְּשִׁׁיםָהָבָשָׁכֶבָה, לְשִׁׁיםָמָבָשָׁכֶבָה. mieu. GALL. Une chose faite. ITAL. Fatto. GERM. Ein gemacht. HISP. El hecho. ANGL. A doing or making. } Unde factus olei dicitur, quantum una vice conficitur. Cato de re rust. cap. 67. Factoribus det in singulos factus olei sextarios, & in lucernam quod opus siet: hoc est, in singulas olei confectiones, vel quoties oleum conficitur. Varro de re rust. lib. 1. cap. 24. Hostum vocant, quod ex uno facto olei reficitur: factum dicunt quod uno tempore conficitur. ¶ Factus villa, pro structura, opere, & adificatione. Varro lib. 3. de rerust. cap. 1. Ego quoque quod exornatio villa esse posset fructu, quia factu, haec ad te misi.

Facessi, is, facessi, supinum in usu non est: legitur tamen participium facessitus, tanquam supinum est facessitum. Cic. in Verr. Quum audiisset sibi negotium facessitum. Significat autem propriæ, ad faciendum eo, ut Viso, ad videndum eo. { תְּשִׁׁיםָהָבָשָׁכֶבָה. GALL. Faire aller, aller faire. ITAL. Andar à faire. GERM. Zuhun machen/hingehn zuthun. HISP. Andar para hazer. ANGL. To go about to dooe. } Virg. 4. Georg. Hand mora, continuò matris precepta faceſſit.

¶ Interdum est discedere. { תְּלַיְּנָהָלָךְ. יְגַזְּזֵרְעַלְּפָרְעָן. } Terent. in Phorm. Dic quid velis dari tibi in manum, ut herus his desistat litibus. Hæc hinc facessat, id est, sua curatum abeat. Donatus: Faceſſat, pro Hinc se faciat, id est, abeat. Cic. in Hortens. Faceſſant igitur qui docere nihil possunt quo melius sapientiusque vivamus. ¶ Negotium facessere, est cuipiam molestum esse. { פְּרַעַן הַבְּחִיקָה, תְּשִׁׁיםָהָבָשָׁכֶבָה. GALL. Moleſſer, faſcher, ennuyer, bailler des affaires à quelqu'un. ITAL. Essere moleſſo, molestare. GERM. Zuschaſſen machen / zuthun geben. HISP. Moleſſar o enojar a alguuno. ANGL. To vexe with busineſſe. } Cic. Appio Pulchr. Quum est nobis allatum de temeritate eorum, qui tibi negotium faceſſerent. ¶ Et periculum alicui faceſſere, id est, creare, parare. Cic. in Verr. Profectò metuere incipies ne innocentì periculum faceſſeris. ¶ Hujus passivum extulit Cic. pro Client. Sed hoc polliceor omnibus, sicuti forte hac lege negotium faceſſetur: qui lege non teneatur, si is uti me defensore voluerit, me ejus causam legis præſidio defensurum. Plaut. Men. sc. 1. a. 2. Dictum faceſſas doctum, & discaveas malo. ¶ Facille, Gloss. Facillare, spazſadisq; id est, strangulate: ergo quæ fauillare, à fauce. }

Factio,

Factitio, as: Sæpè facio. { כְּשֶׁ יַעֲשֵׂה. GALL. Faire souvent. ITAL. Fare spesso. GERM. Oft machen. HISP. Hazer a menudo. ANGL. To make or do often. } Cicer. lib. 2. Offic. Hæc apud maiores nostros factitata. Terent. in Eunuch. Idem hoc Pyrrhus factitavit. Horat. in Arte, Nec satis appetet cur versus factitet.

Quint. Factitare medicinam. Gell. cap. 3. lib. 5. Factitare corpore vecturas onerum ( id est, bajulum etc.)

Factitior, is, apud Tertull. adversus Valent. significat conditorem creatorumque. Ergo & factum intelligebat, & factitatem facti esse quemcunque. Ibidem mox, Saltem suspectus de aliquo factitatore. Factitatio, nis, apud eundem Tertull. adversus Hermog. creatio, conditio. An & hæc in nominis factitatione censemur?

Factor, oris, nomen à verbo facio: Qui aliquid facit. { פָּשָׁע hofeh, יִפְּשֹׁעַ pohel, מִנְחָה. GALL. Faiseur, manœuvre. ITAL. Fattore. GERM. Ein mächer. HISP. Hazedor. ANGL. A dober or maker. } Cato de re rust. cap. 13. Lectum stratum, ubi duo custodes liberè cubent, & tertius servus unà cum factoribus ubi cubet. Idem cap. 64. Leguli volunt ut olea caduca quā plurima sit, quo plus legatur: factores, ut in tabulatu diu sit, ut fracula sit, quō facilius oleum efficiant. Plaut. Cure. sc. 3. a. 2. Et datores, & factores subdam sub solum ( de lusu pilæ. ) Factores item pro criminum authoribus ponuntur. Maccer 1.7.D. de custod. & exhib. reor. Solent præsides provinciarum, in quibus delictum est, scribere ad collegas suos, ubi factores age-re dicuntur.

Factitius, a, um: quod arte aliqua effectum est, hoc est, quod naturale non est. { וְאֵת הַבָּשָׂר. οὐδεὶς ἀνθρώπος, πράγματα, τιχία. GALL. Fait par artifice, qui est fait de main, non de nature. ITAL. Fatto à mano, non da natura. GERM. Gemacht mit händen. HISP. Cosa hecha à hechisa. ANGL. Made to the likeness of another thing. } ut, Vinum factitium, Color factitius, Sol factitius. Plin. lib. 12. cap. 17. Ergo in utraque gente bina laudavi genera, terrenum & factitium. Plaut. Milit. sc. 1. a. 2. Factitiis fabricis ( alias facetis. ) Factitia verba dicuntur quæ & fictitia appellantur, quæ ad soni alicujus similitudinem efficta sunt: ut Crocite, Hianire, Classis, Tintinnibulum, & similia.

Faction, nis, ab initio (ut author est Festus) honestum vocabulum fuit. aigrius, unde factiones hiltronum, & quadrigariorum dicebantur. Nunc verò ( inquit ) nomine factionis, seditio, & arma dicuntur. { שְׁמָךְ késcher, בְּכָר chebér, scīors. GALL. Vne bande & ligue, une faction, une secte. ITAL. Fattioni, parti, congiura, setta. GERM. Ein rott/ auftur/ Meuterey. HISP. Vando en la ciudad. ANGL. A bande or faction of one opinion. } Nam est divisio civium in diversa studia, quum aliqui se principes in civitate efficere conantur, inter quos est amulatio, utroque quam maximam corraderet potest, civium trahente multitudinem, quos clientes vocant. Suet. in Tib. cap. 3. in fine, Reliquit filium, quem diversa factio per fraudem interermit ( i. diversæ partes. ) Idem in Claud. cap. 13. Per factioem, & civili denique bello infestatus. Nonius, Factio dicitur malorum consensus, & conspiratio. Salust. de bell. Iug. Inter bonos amicitia, inter malos factio. Qui autem hujusmodi factiones exerceant, factiosi appellantur. Factio interdum etiam in bonam partem sumitur, ut apud Livium lib. 4. d. 4. Factio pro eo quod est consensio quædam & amicitia. Catto, Utrinde iram, utrunde factiones tibi pares. Interdum factio est potentia, & authoritas alicujus in civitate: quod & Nonius annotavit, Titinnii loco: Sed jam hercle metuo ne nimis stultè fecerim, qui ex tanta factione atque opibus ea ausus sum aggredi. Plaut. in Aul. Istan magnas factiones, dotes dapsiles nihil moror. Idem in Cistell. Neque nos tanta factione sumus, neque opes nostræ tam sunt validæ. Quatuor apud antiquos ferunt aurigantium factiones, Venera, Prasina, Alba, Rosea, à coloribus nominatae. Cassiodorus quatuor colores harum factiōnum, cum partibus anni quaternis assimilat. Prasinus virenti veri dicatus erat: Roseus, flammæ æstati: Venetus, nubilæ hyemi: Albus pruinoso autumno. Sueton. in Domitian. cap. 7. scribit his addidisse Domitianum duas, alteram Autati, alteram Purpurei panti. Hæ certamine curuli & perniciitate cursus inter se decertabant, favoréque populari, sive Imperatorio, victoriæ præmia adjudicabantur his qui vicissent. Sueton. in Calig. cap. 35. Prasinæ factiōnis meminit: Prasina, inquit, factiōni ita addictus & deditus, ut scenaret in stabulo, & maneret. Factiones Pantomimorum cum ipsis telegatae. Suet. in Neron. cap. 16. Domini factiōnum ( i. Aurigantes. ) ibid. cap. 5. & 22. Factio interdum est jus faciendi: unde factiōnem testamenti dicimus, pro jure seu potestate confiendi testamenti. Cic. Topic. Quos is instituerit, cui testamenti factio nulla esset: hoc est, qui confiendi testamenti non haberet potestatem. Testamenti autem factio non modo testamenti faciendi, sed etiam capiendi ex testamento facultates significat, quam Jurisconsulti testamenti factiōnem passivam vocant: priorem vero activam.

Factiosus, i, appellatur, qui proclivis est ad factiōnem, id est, discordiam & seditionem. { וְאֵת הַגְּדוּלָה ischgeddudhim. surasinghs, φιδιστής, ανταρσίης. GALL. Sédicieux, factieux, faiseur de menées. ITAL. Seditioso. GERM. Aufrührisch. HISP. Alborotador. ANGL. Geneto sedition, seditious. } Salust. in Catil. Cn. Piso adolescentis nobilis summa audacia, egens, factiosus: quem ad perturbandum Rempub. inopia, atque mali mores stimulabant. Factiosus, dives & potens. Plaut. in Aul. Venit hoc mihi in mentem Megadore, te esse hominem divitem, factiosum: me item esse hominem pauperem, pauperimum. Factiosus, ad faciendum patatus, actuosus. Plaut. in Bacch. Lingua factiosi, inertes operi: i. lingua prompti ad promittendum se aliorum causa quicquam lubentissime facturos esse, qui tamen cum ad rem ventum est, opera intentes sunt, nec fidem & diligentiam amico promissam præstant.

Factiosissimus, superlativus. Plin. Ep. lib. 4. Vrso: Dicerem causas, quibus factiosissimū quemque, & illum ipsum Theophanem offendisset. Factrix, a: Compositio rei quam facimus. { פָּשָׁע mahaféh, מִפְּשָׁע mish'âl. מִתְּחִילָה. GALL. Facture, façon, ouvrage. ITAL. Opera fatta per besogno. GERM. Ein gemacht / machung. HISP. Hechura. ANGL. The making of anything. } Plin. lib. 34. cap. 14. Aliubi vena bonita- Calepini Pars. 1.

tem hanc præstat, aliubi factura, ut Sulmonæ aqua, ut diximus. Gell. cap. 28. lib. 13. Facies, est forma omnis, & modus, & factura totius corporis, à faciendo dicta, &c. Faxim, & faciam, pro Fiet, eveniet. Plaut. in Aul. Ego faxim muli pretio qui superant equos, sicut viliores gallici: canterii. Et in Persa, Si id fiat, næ isti faxint nusquam appateant. Et alibi: Si erit, ego faciam ut pugnam inspetet non bonam.

Facturio, is, ποιητής. Facere desidero, quod nonnulli ad rem venereum transferunt. Plautus, Facturit postquam ancillam aspicerit; hoc est, coire cupit.

Faxo, is, pro faciam, ποιῶν. Virg. 12. Æneid.

Ego sœdera falso

Firma manu.

Verbum est defactivum, quod tantum habet futurum Indicativi, nec id omnino integrum. Faxon, is, it: & in futuro Optativi, & præsentis Subjunctivi, Faxim, is, it, faximus, itis, faxint. Terent. Heaut. Utinam dii faxint. Ennius apud Cit. de sen.

Nemo me lachrymis decoros, nec funera faxit.

Plaut. Amphitr. Familiaris falso accipere haud familiariter. Idem Asin. sc. 2. a. 1. Ibo ad tres vitos, ibique vestra nomina falso erunt. Idem Amph. Ego faxim te Amphitruonem esse malis, quām Jovem.

Facilius, e: Quid expeditum est, & nullius negotii, proclivis, expeditus. { יְאֵן nakel. סְקָרְבָּן, סְקָרְבָּן, יְאֵן. GALL. Facile, aisément à faire. ITAL. Facile, age vole. GERM. Leicht/ gering zuthun. HISP. Cosa que legeramente se puede hazer, facil, tratabile. ANGL. That may be done easily, or lightly. } Terent. in Heaut. Faciet omnia. s. Hæc dum incipias gravia sunt, dumque ignores: ubi cognitis, facilia. Ibidem, Bonam atque justam rem oppidò numeras, & factu facilem. Ovid. Eleg. 5. lib. 3. Trist.

Et faciles motus mens generosa capit.

Plaut. Cure. sc. 1. a. 2. Facile est miserum itidere. Facilis legi epistola (i. lectu.) Gell. cap. 9. lib. 17.

Vt facilisque tuus aditus sit, & arduus hosti.

Tibull. lib. 4. Hujus contrarium est Difficilis, hoc est, multum habens negotii & molestiae zähnen. Unde difficiles terræ dicuntur, quæ non sine labore fructum producunt. Virg. 1. Georg.

Difficiles primū terra, collēisque maligni.

Facilis uteris. Qui facile exerit quicquid continet. Plin. lib. 8. cap. 31. Feminae autem ante partum purgantur herba quadam, quæ Seselis dicitur, faciliote ea utentes utero. Facilis ad. Cic. Tuscul. Quod non modò facile ad credendum est, &c. Aliquando facilis ponitur pro exorabilis, lenis, & placabilis. Virg. 4. Georg.

faciles venerare Napas.

Terent. in Heaut. Mihi si unquam filius erit, næ ille facilis me utetur patre. Plin. lib. 7. cap. 6. Melior color matrem ferenti, & facilior partus. Ibidem cap. 16. Incipiente autem hoc statu, aut desinente, conceptus facillimi traduntur. Ex facilis, pro facilis. pædias. Senec. cap. 1. de tranquil. Colum. lib. 6. cap. 1. Quæ vitanda non ex facilis dixerim. Plinii lib. 30. Eorundem cinis, excis dentibus conjectus, ex facilis eos cadere cogit. In facilis. Livius lib. 3. ab Urbe, Cum exitus haud in facilis esset.

Facile, adverbium: Nullo negotio, nullo labore. { pædias, σχεῦρος. GALL. Facilement, aisément. ITAL. Facilmente, agevolmente. GERM. Leichtlich. HISP. Ligeramente, facilmente. ANGL. Easily, lightly. } Cic. lib. 1. Epist. Cæteris injuriis quæ proposita sunt à Catone, facile, spero, resistemus. Facile est cuivis facere nequiter. Plaut. Most. sc. 1. a. 2. Facilis tu dormis curans? pro faciléne. Idem Men. sc. 5. a. 5. Facile fungitur munus octo hominum parasitus. Ibid. sc. 4. a. 1. { GALL. Un écormisseur qui mange pour huit. } Tam facile novi, quām me. Idem Cure. sc. 2. a. 5. ( i. benè. ) Ibid. sc. 1. a. 1. Facile afferabitis. Supra, Rectè dum illo vinclo vincies. Ibidem. Haud sum falsus, quām facile sit properare ( sup. parum, vel non. ) Idem Men. sc. 2. a. 5. Comparativus est Facilius. Idem Most. sc. 6. a. 5. Magis multò facilius patior verba, verbera ego odi. Idem Pseud. sc. 3. a. 1. Nimio facilius fertur quod pudet, quām quod piget. Est etiam confirmantis adverbium, significans Haud dubie, liquido, certò, nullo adversante, σχεῦρα. Iungiturque eleganter cum nomine Princeps. Cic. lib. 3. epist. Tu qui essem ordinis tui facilis princeps. Admittit & superlativum: ut, Facile doctissimus, facile primus. Item adjektiva diversitatem importantia: ut, Facile dissimilis. Aliquando & verba cum præpositione Præ, composita: ut facile præstat æquilibus. Nonnunquam accipitur pro libenter. Cic. 4. Tusc. Sed te aberrare proposito facile patiebar, id est, non invitus. Antiqui pro facile, facul & faculter dixerunt, ut supra ostendimus in dictione Difficilis.

Facilitas, atis: est inclinatio quædam & propensio ad aliquid promptè dicendum faciendum, ferèque in meliorem partem accipituk: nam propensio in deteriorem partem usitatiū Proclivitas dicitur. { יְאֵן. GALL. Facilité, aisance. ITAL. Facilità, agevolezza. GERM. Leichterungkeit. HISP. Facilidad, aquella ligereza de hazer algo. ANGL. Gentlenessse, easinessse, readinessse. } Cicet. 4. Tusc. Proclivitas ad ægrotandum: sed hæc in bonis rebus, quod alii ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur: in malis proclivitas, ut significet laphonem. Sic facilitatem ingenii dicimus, qua aliquid facile apprehendimus. Facilitas carminis, vel orationis, est perspicuitas quædam & claritas, qua mentem scribentis facile assequimur. Accipitur etiam pro lenitare & humanitate. Terent. in Heeyr. Etsi ego meis me omnibus scio etiam ad primè obsequentem, sed non adeò ut facilis mea illorum corrumptat animos.

Facul, adverb. antiquitate obsoletum. Lucil.

Peccare impunè rati sunt

Posse, & nobilitate facul præpellere iniquos.

Afranius, Haud facul fœmina inveniet bona. Huic contrarium est Difficil.

Facultas, atis, propriè facilitas agendi. { כְּבָד choab, גְּבָרָה rischjon. pædias. GALL. Faculté, pouvoir & puissance, aisance. ITAL. Facul à, arbitrio, potestà. GER. Vermögenheit oder leichter etwas zuthun. HISP. La hazienda & possibilità. ANGL. Facultie, habilitie porer. } Terent. Andre-

Dii date facultatem obsecro huic pariundi, atque illi in aliis potius peccandi locum. Cujus contrarium est Difficultas. ¶ Aliquando pro potestate, seu commoditate, ἐξστα. Plin. Si mihi facultas daretur utrum mallem eligendi. Ovid. Eleg. 9. lib. 4. Trist.

Denique vindicta si sit mihi nulla facultas.

Velleius, Facultatibus & licentia vitia aluntur. (Alias, facilitatibus.) Cæs. lib. 8. de bell. civ. Si qua facultas daretur, ad se veniret. ¶ Præterea facultas est vis quædam quæ facit, ut id facilius fieri posset, quod de unaquaque arte præcipitur. διάβασις. Est enim genus omnium artium, quo in omnium artium definitione uti possumus: ut quum dicimus, Dialetica est facultas differendi: Rhetorica est facultas dicendi, & sic de aliis. ¶ Facultates quoque in plurali tantum numero dicuntur opes: quoniam quum dives quis existit, facile quod vult agit. Cic. ad Attic. lib. 11. Si quas habuimus facultates, eas tum Pompeio, quum id videbamur sapienter facere, detulimus. Itaque tum à tuo villico sumpsimus, & aliunde mutuati sumus, &c. Cæsar 6. bell. Gall. Tantas videri Italiae facultates, ut si quid esset in bello detrimenti acceptum, non modò, &c. ¶ Quare non absque ratione facultates à nonnullis ita dictæ putantur, quod rerum omnium facultatem ac veluti quandam facilitatem præbeant, Græcorum imitatione, qui facultatem & opulentiam uno verbo significant. Hinc ait Horat. lib. 2. Serm. satyr. 2.

omnis enim res

Divitiis paret, quas qui construxerit, ille  
Clarus erit, fortis, justus, sapiens, etiam rex.

¶ Facultatem à facilitate distinguit Plin. illam vocans vim & energiam eloquentiae: hanc promptitudinem duntaxat. Sic enim ep. 115. inquit, Quia scilicet nimia assiduitate facilis magis, quam facultas: nec fiducia, sed temeritas paratur. ¶ Omnem facultatem induitus est, ἀπονεω τὸν οὐτού τοῦ φίλου. De paupere qui præter vestitum nihil præterea rerum possidet: alioqui ἀνίστηται καὶ αἰδεῖται. Faciens, oris: à facio est deductum. Vocabulum est medium, quo tam in bonam, quam malam partem uti possumus. Gell. cap. 9. lib. 12. Est enim facinus insigne aliquod factum, sive bonum, sive malum. ¶ מַהְשָׁבֵח mahashéh, פֹּהָל pohál. GALL. Vne entreprise notable, un haut fait, une belle ou mauvaise action. ITAL. Fatto rilevato, così in buona come in mala parte. GERM. Ein namhaftige That/sie sei gut oder böse. HISP. La hazana en buena y en mala parte. ANGL. A fact or deed. } In bonam partem accipitur apud Salustium, pro virili & strenuo facto, quod Græci ἀρεταῖνον appellant. Et apud Catull.

Anne bonum oblita es facinus?

Et Gell. cap. 2. lib. 5. Facinora facere fortia. Et Plaut. Men. sc. 2. a. 1. Vin' tu facinus luculentum inspicere. Idem Aul. sc. 1. a. 4. Hoc est servi facinus frugi. Idem Pseud. sc. 1. a. 2. Stultitia est facinus magnum timido cordi credere. Qui aliquo negotio intenti, præclaris facinoris, aut bona artis famam querunt. ¶ Sapiens in malam, κακόγεννος. Cic. lib. 3. Offic. Ab hoc nulla fraus, nullum facinus aberit. Terent. in Adelph. Proh dii immortales, facinus indignum. Idem in Heaut. Is mihi ubi adhibebit plus paulò, sua quæ narrat facinora: O facinus indignum! Plaut. Men. sc. 6. a. 5. Proh facinus indignum! Senec. Facinus fecit audax (mulier.) Plaut. Mil. sc. 3. a. 2. Qui facinus tantum, tamque indignum feceris. Ibid. sc. 6. a. 2. Facinus audax incipit, qui cum opulento pauper ccepit habere negotium. Idem Aul. sc. 4. a. 3. Facinus apud nos natum novum. (De stupro.) Idem Mil. sc. 3. a. 2. Sequitur, Impudicum. Item, Haud decorum facinus tuis factis facis. Idem Aul. sc. 4. a. 1. Me insimulat falsum facinus. Idem Amphitr. Si abstuleris (à me argentum) mirum & magnum feceris facinus. Idem Pseud. sc. 5. a. 1. Nam tu (quod genere indignum sit tuo) facis, aut inceptas facere facinus? Idem Cura. sc. 1. a. 1. Me hæc tanta facinora promittere. (De dolis.) Idem Pseud. sc. 5. a. 1. Nunquam facinus feci pejus, nec scelestum. Idem Men. sc. 1. a. 3. Equis argutus est! Malorum facinorum sapissimum. Idem Men. sc. 4. a. 2. Facinus istud non est mihi conducibile: id est, non profuerit mihi si istud egero. Idem Bacch.

Faciens, a, um: Sceleratus & flagitosus. ¶ יְשָׁר rascháh. χαρῆγε. GALL. Plein de toute méchanceté, méchant. ITAL. Scelerato, malvagio, sedizioso. GERM. Ein lasterhafter schalke. HISP. Hazaño en mala parte, lleno de pecado y destrucción para otros. ANGL. Wicked, naughtie, mischievous. } Cicet. in Catilin. Quintum genus est patriciarum, sacerdorum, denique omnium facinorosorum. Vita facinorosa. Idem 1. de Legibus,

Facula, Facularii: vide Fax.

¶ Faculentus, lucidus, clarus. }

¶ FACUNDVS, i: Disertus. A fando, quod ea quæ mente conceperit, ad audientes facile & ornata fatur, effatur, edisserit, ac profert. ¶ γένιος melitus. ἀκόμη, οὐφερδός. GALL. Facond, eloquent, qui parle bien. ITAL. Facundo, eloquente. GERM. Wolberdt. HISP. Elegante. ANGL. Eloquent, well spoken. } Ovid. de Arte,

Non formosus erat, sed erat facundus Ulysses.

Quintilian. lib. 12. In omnibus gentibus alias alio facundior habetur, & in eloquendo dulcis magis. Velleius, Facundus malo publico Curio.

Faciens, Eloquentia, orationis elegantia. ¶ מִלְתָּאַלְמָן melitsah. λεπτός. GALL. Grace à bien parler, eloquence. ITAL. Gratia di ben dire. GERM. Wohlredenheit/ geschicklichkeit zu reden. HISP. Elegancia en las palabras. ANGL. Eloquence, a good grace in speaking. } Plin. lib. 7. cap. 30. Facundia, Latinarumque literarum parens Cicero. Gell. cap. 7. lib. 3. Facundiarum Græcarum magniloquentia. Salust. in Iugurth. de Memmio: Cujus facundia clara pollensque fuit.

Faciens, adverb. Disertè. ¶ σύφερδος, λογίνε. GALL. Eloquemment, de bonne grace. ITAL. Con eloquenza. GERM. Mit zierlicher seiner red. HISP. Eloquentemente. ANGL. Eloquently, with a good grace ande ready. } Liv. 8. bell. Pun. Tanta autem inerat comitas Scipioni, atque ad omnia naturalis ingenii dexteritas, ut non Syphacem modò barbarum, insuetumque moribus Romanis, sed hostem etiam infestissimum facundè alloquendo sibi conciliaret.

Faciens, adverb. Gell. lib. 13. cap. 8. Nihil enim fieri posse in-

dignius, neque intolerantius dicebat, quād quod homines ignavi ac desides, operti barba & pallio, mores & emolumenta philosophiz in lingua verborumque artes converterent, & virtus facundissime accusarent, intercutibus vitiis ipsi madentes.

Faciens, adjecit. Sempron. Ael. referente Gellio lib. 4. cap. 9. Facta sua spectari oportere, dicta non, si minus facundiosi essent.

Fauſtūs, a,um, à favore: Prosper, felix, fortunatus. } γένης aschrē. δόξη. GALL. Heureux. ITAL. Fausto, prospero, felice. GERM. Glückselig, oder glückhaftig. HISP. Dichofo, o de buena ventura. ANGL. Happy or luckie. } Terent. in Andr. O faustum & felicem hunc diem. Cic. 1. Tusc. Eodem tamen simus animo, ut horribilem illum diem aliis, nobis faustum putemus. O nox illa fausta huic urbi. Idem pro Flacco, Faustum omen. Livius 7. ab Urbe, Hujus contrarium est infauustum & horribile. Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Omine non fausto.

Et Senec. cap. 13. de conf. ad Marc. Fausta nuncupans ( dicantis.) Faustum vocant Romani quod prosperè succedit, unde Faustus. Plut. in Sylla. Suet. in Aug. cap. 58. Faustis omnibus, &c.

Fauſtulus, porcellorum fœtura, porcorum. Fest. ||

Fauſtē, adverbium: Fortunatē, feliciter. } εὐτὸν, εὐτυχῶς. GALL. Heureusement. ITAL. Felicemente. GERM. Glückseliglich/glücklich. HISP. Dichoſamente y bien aventuradamente. ANGL. Happelie, luckelie. } Cic. pro Mur. Idem ego sum precatus, ut his quoque hominibus, quibus hic consulatus me rogante datus esset, ea res faustē, feliciter, prosperé eveniret. Huic contrarium est Infauſtē.

Fauſtītās, atis: Felicitas. } γένης aschrē. δόξη. GALL. Bonne aventure, bonne fortune, bonheur. ITAL. Felicità. GERM. Glückseligkeit. HISP. Aquella dicha è bien aventuranza. ANGL. Good happy and lucky. } Horat. 4. Carm. Ode 5.

Nurit rura Ceres, almaque Fauſtītas.

Favīs, à favo. Apum domus & cellulæ: à favendo, quod in his sobolem foveant. } פָּרַע tsuph, פָּרַע nopheth, נְגִיאָה. GALL. Un bornal ou rayon de miel, un cousteau de cire ayant des trous, dans lesquels les mouches font le miel. ITAL. Cera piena di mele, favo di mele. GERM. Ein roaben der ymen/ Ein honig roß. HISP. Pañal de la miel. ANGL. A honie comb. } Plin. lib. 11. cap. 5. Primum itaque favos construunt, ceram fingunt. Virg. 4. Georg.

Prima favis ponunt fundamina, deinde tenaces

Suspendunt ceras.

Cic. 1. Offic. Apum examina non singendorum favorum causa congregantur: sed quum congregabitia naturâ sint, fingunt favos. Hujus diminutivum est Favulus. Plaut. Meus dulciculus favulus. || § Est etiam Favus tumor quidam in cute consistens, eamque majoribus fotaminibus perrodens, ex quibus humor melli similis excertitur.

§ Estque favus hexagona regula in sex angulos excurrentis. ||

Faux, cis, vel potius in plurali numero Fauces ( nam singularis numerus tārō est in usu,) à φαῦνο, inserto u, quasi φαῦνο. Hinc Suffoco. Superior pars gulæ mento propinquæ, sed interior ubi os angustatur. } γνήθη. λαγύη. GALL. La gorge. ITAL. Parte superiore della gola. GERM. Schlund/rachen. HISP. La garganta, trago del animal. ANGL. The chawes or jaws. } Plin. lib. 11. Summum gulæ, fauces vocantur: postremum, stomachus. Cic. 1. Tusc. Has tamen imagines loqui volunt: quod fieri nec sine lingua, nec sine palato, nec sine faucium laterūm & pulmonum vi & figura potest. Plaut. Moſt. sc. 3. a. 1. Velim in anginam verti, ut illi beneficæ fauces prehendam. Idem ibid. sc. 1. a. 2. Miserum est opus fodere pureum ubi sitis fauces tenet. Idem Cura. sc. 2. a. 1. Ingurgitat in se merum plenis faucibus. Idem Asin. sc. 1. a. 1. Excreta ulque ex penitis faucibus. Idem Cura. sc. 3. a. 2. Lupiunt fauces fame. § Fauces per translationem dicuntur stricti ingressus vallium, seu alterius loci: ut, Fauces Orci. Virg. 6. Æneid.

Vestibulum ante ipsum, primisque in faucibus Orci.

Calepini Pars I.

Florus de bello Ligustico, De sub Alpibus, hoc est, de sub ipsis Italæ faucibus. Fauces, ora, sive ostia fluviorum, quibus in mare se extinxerant. Plin. de Nilo verba faciens lib. 5. cap. 9. Multis quanvis faucibus in Ægyptium mare se evomit. Fauces portus. Cæs. 3. de bell. civ. ¶ Hinc deducuntur Suffoco, Präfoco, & Obsoco, diphthongō au, in o longum mutata, de quibus suis locis. § Bolus è faucibus eripi dicitur, quoties commoditas aliqua, quæ jam propemodum tenebatur, præter expectationem subito præripitur. Ter. in Heaut. § Statuam faucibus colas, ἀστράψας ταρραῖς. De te majorem in modum absurdæ, quæque fieri nullo modo possit. Veluti si quis hominem præpotenter & invictum frustra conetur opprimere, nec enim liquescit statua.

Fax, acis, à φαῦνο, luceo. Fustis incisus, & ceta, vel oleo inunctus, ad lumen faciendum, tæda. } τίτλη lappidh. δάχτυλο. GALL. Un flambeau, une torche, un fallot. ITAL. Face, torchio. GERM. Ein factel, torschen. HISP. La hacha de cera, o tea encendida. ANGL. A torch, a fier brande. } Firme præcipue ex arundinibus atidis, & picei generis arbitris: cuiusmodi sunt tæda, & larix. Varto de vita pop. Rom. lib. 2. Quum à nova nupta ignis in face afficeretur, de foco ejus sumptus, fax ex pinu ablata esset, ut eam puer ingenuus afferret. Seneca cap. 11. de trang. Fax cereusque præcedebat exequias immaturas; § Per translationem accipitur pro Incitatore, & authore alicuius facinoris. Plin. in Epist. Rufo successit Theophanes, unus ex legatis princeps, fax accusationis, & origo, id est, author & incitamentum, sive (ut Nonius inquit) suscitabulum. Velleius, faciem flagrantissimam bello subiectit Curio. Cic. pro domo sua, Nonne sententi providendum fuit, si in hanc tantam materiam seditionis ista funesta fax seditionis adhæresceret? § Addere faces alicui, est eum incitare, incendere, inflammare ad aliquid agendum. Tacit. lib. 17. Flagrantibus jam militum animis veluti faces addiderat Mævius, &c. § Primam facem veteres noctis principium vocabant, quod tum primum uti face incipiamus. Gell. cap. 2. lib. 3. Sed quum jam prima fax noctis, & densiores esse tenebrae cœpissent, discessimus. § Faciem in nuptiis præferre solebant, sive ad observandam antiquam consuetudinem, quod non nisi noctu duci novas nuptas à sponsis mos erat: sive in honorem Cereris, quæ facem in querenda Proserpina gestaverat: sive ut nova nupta ignem & aquam, quæ duo sunt in vita maximè necessaria, cum viro communicate videbatur. Etenim aquâ quoque aspergi solebat, ut casta purâque ad sponsum duceretur. § Fax genus teli. Gell. cap. 2. lib. 10. Hinc Trifax, & Bifax apud Festum.

Faculā, diminutivum: Parva fax, hoc est, tæda ex arbortibus pīnei generis səpius dissecta, ut facilius ardeat: quanquam & ex cera, & ex pice fieri posset. } δάχτυλο, λαρράδιο. GALL. Petit flambeau, petite torche. ITAL. Facella. GERM. Ein kleine factel. HISP. La raja, ANGL. A little fier brand. } Propriet. lib. 2. Eleg. 20.

Quorum alii faculas, alii retinere sagittas, &c.

Faculārī, dicuntur qui faculas gestant. } δάχτυλο. GALL. Porteur de torches. ITAL. Quelli che portano le facelle, torchie. GERM. Sackelträger oder torschenträger. HISP. Los que llevan antorchas. }

Faxo. Plaut. Cure. sc. 4. a. 4. Quingentos prouo faxo repertas. Jam faxo hic erit. Idem Mil. sc. 5. a. 2. Ex tabellis faxo scias. Idem Pseud. sc. 1. a. 1. Hæc jam madebunt faxo. Idem Men. sc. 2. a. 2. Ob istanc industria faxo amabit amplius. Ibid. sc. 2. a. 5. Faxo referetur pallæ. Ibid. sc. 2. a. 4. Hæc pallæ & spinther faxo referantur simul. Ibid. sc. 3. a. 3. Faxo scias quid tristis sit. Ibid. sc. 2. a. 4. Faxo haud inultum prandium comedetis. Ibid. sc. 2. a. 3. Si ullum verbum faxo, nisi quod jussiferis. Ibid. sc. 2. a. 1. Helieborum potabis faxo aliquos viginti dies. Ibid. sc. 5. a. 5. Jam faxo manifestò hominem opprimas. Idem Asin. sc. 2. a. 5. Si quid tale post hæc faxis, faxo ut vidua vias patrem. Idem Men. sc. 2. a. 1. Faxim, faxis, faxit, faxint. Idem in Aul. Ego faxim nulli pretio qui superant equos, sint viliores gallicis canteriis. Idem Asin. sc. 1. a. 2. Cave tu idem faxis, alii quod servi solent. Ibid. sc. 3. a. 3. Cave verbum faxis verbero. Ibid. Si istuc quod dicas faxis, certum est in me efficere omnia, quæ tu in te faxis. Idem Aul. sc. 3. a. Quod tibi salutare sit. M. Ita Dii faxint. Ibid. sc. 4. a. 5. Dii istuc bene vertant. M. Ita faxint. Ibid. sc. 5. a. 3. Ita dī deæque faxint. Idem Capt. sc. 2. a. 1. Item, Ne tuum animum avatiorem faxint divitiae meæ Ibid. sc. 2. a. 2. § Faxem, pro feciss. m. Idem Pseud. sc. 5. a. 1. Pistillum in mundo. scibam, si id faxem mihi, &c.

F E

FEBRIS, is, à feritate morbi, vel (sicuti Servius docet,) à fervore: vel à φοῖβο, quasi φοῖβος: ut à φοῖβο, φοῖβος. Est (ut medicidocen) intemperies calida totius corporis. } γαρ्भηρ καδάκησι. ποτέρες. GALL. Fièvre. ITAL. Febre. GERM. Das feber oder kältree. HISP. Fièbre, tallentura. ANGL. An ague or fever. } Cic. ad Tironem, Is eis mihi nuntiavit te planè febri caedere, & bellè habere, &c. Plaut. Cure. sc. 1. a. 1. Caruitne febris te hodie? Idem in Pseud. sc. 2. a. 2. Scio hoc tibi febrim esse, quia non licet huc injicere ungulas: Febris quartana, vide Quartana. Cels. lib. 2. cap. 8. Febris astidua, quæ & cibi tempora eripit, & siti affligit. Plin. lib. 2. 3. cap. 8. Febris frigidas leviores facit agaticum potum in calida aqua. Idem lib. 7. c. 51. Antipater Sidonius poëta, omnibus annis uno die tantum natali corripiebatur febre, & ea consumptus est, satis longa senecta. Febris periodica, quæ statim temporis periodo accedunt & recessunt, cujusmodi sunt quotidiane, tertiane, & quartanæ. Plin. lib. 20. cap. 3. Semina ejus si fuerint pati numero adalligata febribus, sanare dicuntur, quæ Graci periodicas vocant. Sunt & alia febrium genera, quæ quoniā ad nostrum institutum nihil condicunt, rei medica studiosis ex libro Galeni, quo ex professio febrium differentias tractat, petenda relinquimus. Valetudo febrium. Idem lib. 23. cap. 1. Quod ad febrium valetudines attinet, certum est non dandum in febre, nisi veteribus ægis vinum, nec nisi declinante morbo. Celsus lib. 13. cap. 5. Quum vero febris instet, incipiat, augeatur, consistat, decedat: deinde in decessione consistat, aut finiat: scire licet, optimum cibo tempus esse febre finita: deinde quam decessio ejus consistit: tertium si necesse est, quandocunque decedit: cetera omnia periculosa esse. Si tamen propter infirmitatem necessitas urget, satius esse consistente

T 2

jact

jam incremento febris aliquid offerre, quām increscente. Satius esse instantē, quām incipiente. ¶ Febris Querquera, dura, gravis, seu frigida, aut tremens. Scal. ¶

Febricula, æ, diminutivum: Parva febris. { πυγία. GALL. Petite fiévre. ITAL. Febricella. GERM. Ein klein sieber. HISP. Pequeña fiebre. ANGL. A little fever. } Plancus Cie. Qui ex labore in febriculam incidit assiduam, & satis molestam. Celsus lib. 3. cap. 22. Ex phthisi febricula levis fit, quæ etiam cùm quievit, tamen & repetit.

Febriculōsūs : Febri subjectus, qui febrem sèpe habet. { πυρώδης. GALL. Fiévreux, qui a grande fiévre. ITAL. Chi a molta febre, febricitante. GERM. Voll sieber oder kaltwet. HISP. Calenturoso, che tiene mucha fiebre. ANGL. Subject to the fever. } Gell. Non morbus hic febriculosus, aut nimium gravis.

Febrili, e: Quasi ad febrem pertinens. { πυρώδης. GALL. De fiévre. ITAL. Di febre. GERM. Das des febers ist. HISP. De fiebre. ANGL. Of the fever. } Apulcius, Ardore astuans febrili.

Febrilo, is, ivi, itum: Febrem patior. { πυρώδης. GALL. Avoir la fiévre. ITAL. Haver la febre. GERM. Das feber oder kaltwet haben. HISP. Tener fiebre. ANGL. To have the fever. } Macer, Hæc nondum tremulo potanda dabis febrimenti. Cels. lib. 6. cap. 11. Potiones, si febriat puer, aquæ: si sine febre est, vini diluti. Colum. lib. 6. cap. ult. Mulae febrimenti cruda brasifica datur.

Febrictio, as: Febre labore. { πυρώδης. GALL. Etre en fiévre, avoir la fiévre. ITAL. Haver febre. GERM. Das kaltwet haben. HISP. Tener fiebre. ANGL. To be sick of the fever orague. } Col. lib. 2. cap. 7. Febricitanti bovi convenit abstinere cibo uno die. Cels. lib. 2. cap. 7. Febricitavit aliquis, aut inhorruit.

¶ Febricitas, febris. Tertull.

Febriculosus, febri subjectus. ¶

Febrifuga, Matricacia, & Centauria minor. Diosc. lib. 2. cap. 8. & Conyza apud eundem lib. 3. cap. 23. & 35.

FEBRÖ, as: Lustro, purgo, à ferrevo: hoc enimadolendo, & flammis ferventibus fieri solebat. { ἡρῶ τικάρ. ἡρῆ νικάρ. κατέρη, οὐρδού. GALL. Purger par sacrifices. ITAL. Lustrare, purgare. GERM. Reysnigen. HISP. Purgar, limpiar. ANGL. To purge by sacrifice. } Vel à Sabinotum lingua, qui februum, purgamentum dicunt. Varro de vita pop. Rom. In eorum enim sacris liba quin sint facta, incerni solent fariis semine, ac dicere se ea februate, id est, pura facere. Hinc

Februarius mensis dictus est, quod tum, id est, extremo anni mense, populus februaretur, id est, purgaretur. Per duodecim enim dies continuos Februarii celebrabantur febra: hisque diebus pro impetranda mortuorum manibus quiete, omnis populus piaculis, sacrificiisque, circa sepulchra accensis facibus cereisque intentus erat. { אָדָר adhár. Φεβρουάριος. GALL. Le mois de Février. ITAL. Febrero mense. GERM. Hormung. HISP. El mes de Febrero. ANGL. The month of Februar. } Et Juno Febrata, sive Februalis, quod ei hoc mense sacra siebant: ejusque feriae erant Lupercalia.

Febräa, orum, dicebantur quæcumque purgamenti causa in quibusunque sacrificiis adhibebantur. ηρημέρα. Plin. Vulgata priscis temporibus opinio obtinuit, februa esse omnia, quibus malefactorum conscientiae purgarentur, delerenturque peccata, aut Manes defunctorum placidi redderentur. Ovid. 2. Fast.

Februa Romani dixere piamina patres:

Nunc quoque dant verbo plurima signa fidem.

Et paulò post,

Denique quodcunque est quo corpora nostra piantur,  
Hoc apud intonos nomen habebat avos.

Febrüs, dictus est Pluto, vel Dis pater, inferorum Deus, quod ei mense Februario sacrificaretur. αὔτης. Vide Macrobi. lib. 1. Saturn.

FECIALES, dicti à faciendo (ut author est Festus) quod belli pacisque facienda penes eos ius erat, φόναις. Neque enim licebat bellum infestre nisi hi ex justa causa susceptum declaravissent, & prius indixissent. Varro, Et priusquam indiceetur bellum iis à quibus injurias factas sciebant, faciales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos Oratores vocabant. Cic. 7. Verr. Habemus hominem in faciliū manibus educatum: unum præter ceteros in publicis religiōibus fœderum sanctum ac diligentem.

Fecialium Collegium à Numa Pompilio institutum, qui de belli, pacisque jure consulenterunt. ¶ Fecialium verba in bello indicendo, vide apud Gell. cap. 4. lib. 16. De eorum munere Plutarch. in Num. & in Camil.

Fecialis, e, adjективum. Quod ad faciales pertinet. Cicer. 1. Offic. Belli quidem æquitas sanctissimè feciali populo Romano jure perscripta est.

Fecutinus, a, um. Gell. cap. 19. lib. 13. Finitiones illæ, prærancidæ & fecutinæ, &c.

Fedus, pro pacto, vide Fædus.

Feda, vel faida, est aperta inimicitia in legibus Longobardicis. Vide Feudum. ¶

FEL, fellis. { פְּלִיל merorah. χλή. GALL. Fiel. ITAL. Fele. GERM. Die gall. HISP. Hiel. ANGL. The gall. } Humor est flavus in corpore, in ima hepatis parte, in vesicula quadam contentus, quam appellant χλωδόζην. Humor autem ipse à medicis flava bilis appellatur. Bilis autem atra est, quam Græci melancholiā vocant, insaniam generans. Plaut. in Amph. Delirat uxor, atra bili percita est. Dicitur in plurali Fella. Q. Screnus cap. de felle,

ab tali auxilio fella horrida purgas.

¶ Aliquando fel, quod sit amarissimus humor, pro animi amaritudine ponitur. Plaut. in Trucul. In melle sunt lingua sita vestra atque orationes: corda in felle sunt sita, atque acerbo aceto. Linguis dicta dulcia datis, corde amatè facitis amantes, si quid non danunt. Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Candidus à salibus suffusis felle refugi.

Fel terræ, genus herbæ, quæ & centaurion, teste Plin. lib. 25. cap. 6. propter amaritudinem summam appellatur.

Fellus, a, um. { χλωδης. GALL. De felle. ITAL. Di felle. GERM. Galleschig von der gall. HISP. De hiel. ANGL. Of gall. } Plin. lib. 26. cap. 12.

Sudores enim felleos movent. id è της χλωδης.

¶ Feliatum, curvatum. Gloss. Isid. ¶

FELIS, is, mascul. gen. à fel, aut à fallendo murem. Animal quadrupes, quod domi alimus ad mutum venatum: vulgo Catus dicitur ab insigni astutia. { οὐληγερ, γαλῆ. GALL. Un chat. ITAL. Gatto. GERM. Ein katz. HISP. Gato. ANGL. A cat. } Veteres enim catos dicebant eos, qui cauti & astuti erant: unde etiam Catones primò volvunt appellatos. Quod etiamnum apud Germanos in usu est: sic enim de astuto homine verba facientes dicunt, Et ist ein listige katz. Plin. lib. 10. cap. 37. Feles quo silentio, quām levibus vestigiis, quām multo speculatu in musculos exsilijunt: excrementa sua obruunt tem, intelligentes odorem illum indicem sui esse. Varr. lib. 3. Omnes paries rectorio lavigantur, ne felis aliave bestia introire ad nocendum possit. Senec. lib. 10. epist. Quid est quare tam pavonem, quin anserem gallina non fugiat? ac tantò minorem eis metuat accipitrem: quare felem pulli timeant, canem non timeant? De animaliis hujus natura sic scribit Ælian. lib. 7. cap. 40. Quemadmodum ex libris mas est libidinosissimus, sic amantissima catulorum famis: quæ venereum idcirco matis consuetudinem refugit, quod is calidissimum, ignis que simile semen emitat genitale ut foemineum addat. Ejusce rei mas non ignatus, communes catulos intermit. Hæ autem novorum catulorum desiderio permota, ejus libidini more gerit. Quod autem ab omni tetro odore feles abhorreat, eo eximenta sua fossa prius facta in terra occultant. Hæc ille. ¶ Felis vaginalis à Plauto dicitur virginum raptor. Felis pullaria, raptor putorum & corruptor. Auson.

Qui Marcus? felis nuper pullaria dicitur.

¶ Sunt & feles feræ, domesticis aliquanto maiores, pelle nigris maculis variegata, ex quibus domesticum nostrum animal videtur propagatum. ¶ Feli crocoton, γαλῆ κροκότην, subaudiendum das, ut addis. Dici solitum quoties honos additur indignis, & quos hanc quaquam decet: aut quum datur quippam iis, qui munere non rount uti. Veluti si quis à Musis alienissimo bellissimum donaret librum. Crocoton vestis genus est rotundæ ac fimbriatæ, qua divites utebantur Matronæ. ¶ Minervæ felem, ἀστλωτὴ τὸν εὔλεγον, subaudiendum comparas. Quum multò inferiora cum præstantioribus comparantur, quod levicula quadam in re convenientia. Quid enim habet Minerva dea cum fele, præter glaucoma oculorum? Referrut à Zenodoto & Suida.

Felinus, Adject. à Felis. Cels. lib. 5. in malagmate ad strumas, felini stercoris meminit, si mendosus non est codex.

FELIX, icis, ab ἡλιξ, ἡλικίᾳ: aliis à fœtu. Prosper, beatus, fortunatus. { יְהוּנָן aschre. סְדָאָמָעָת, כְּרוּתָה, μαργάρη. GALL. Heureux. ITAL. Felice, fortunato. GERM. Sälig/ glücklich. HISP. Bienaventurado, dichoso. ANGL. Happy blessed, luckie. } Virg. 3. Æneid.

Vivite felices, quibus est fortuna peracta  
Iam sua.

¶ Interdum propitium significat, qui scilicet alios felices reddit. Idem 1. Æneid.

Sis felix, nostrumque leves quacunque laborem.

Ubi Servius, Felix, propitia. Felix enim dicitur & qui habet felicitatem, & qui facit esse felicem. Unde & deos felices, vel infelix dicimus ex rebus quas præstant. Idem in Daphnide.

Sis bonus o, felixque tuus: en quatuor aras.

Ovid. Eleg. 1. lib. 5. Trist.

Felix qui patitur quæ numerare potest.

Senec. cap. 15. de transq. Circumcurrit tot scelerum felicium tuba. Ovid. Eleg. 10. lib. 3. Trist.

Heu loca felici non adeunda viro.

Ibid. Eleg. ult. lib. 4.

Felices ambo, tempestivèque sepulti.

Idem Eleg. 3. lib. 4. Trist.

Hectora quis nosset, felix si Troia fuisset?

¶ Aliquando idem est quod utilis, sive commodus. σύμφωνος. Material.

Illa manus quondam studiorum fida meorum,

Et felix domino, notaque Caesaribus.

¶ Aliquando pinguis, fecundus, ferox, fertilis. Οχας, Οχυρ. Virg. 2. Georg.

Exiit ad cœlum ramis felicibus arbos.

Martial. lib. 13.

Hos Amiternus ager felicibus educat hortis.

¶ Felix arbor, quæ fert fructum. Liv. lib. 6. ab Vrb. Nulla felicitas, nihil frugiferum in agro relicum. Et Gell. cap. 12. lib. 19. Vigilata felicia pomis gignendis. ¶ Hujus contrarium est Infelix, infutatus, δυστυχεῖς. Cic. 4. Philipp. Si quis Reipublica sit infelix, iste felix esse non potest. Accipitur pro adversario. Virg. 7. Æneid.

Ast ego magna iouis conjuncta nil linquere inausum.

Qua potui infelix.

Ubi Servius: Infelix, id est, adversa Troianis. Aliquando pro sterili & infæcundo. Virg.

Infelix lolium & steriles dominantur avena.

Felicitas, atis: Prosperitas, beatitudo. { יְהוּנָן escher. סְדָאָמָעָת. GALL. Bonheur, prosperité. ITAL. Felicità, prosperità. GERM. Glückslidigkeit/ wolstand. HISP. Benaventuranza, felicidad. ANGL. Happiness, prosperitie. } Cic. pro Fonteio, Videor hoc leviter yobis pro mea autoritate præcipere posse, ut ex eo genere homines, quorum industria, virtus, felicitas cognita in re militari sit, diligenter yobis retinendos existimetis. ¶ Felicitas terræ, fecunditas, apud Plin. in Epist. Οφειλ. ¶ Erat & Dea apud Romanos hoc nomine, cui ad impletandum prosperos rerum institutarum successus sacra siebant. August. 4. de civit. Quid felicitas? Dea est, ædem accepit, aram meruit, sacra ei congrua instituta sunt. Hujus contrarium est infelicitas. ¶ A Deo felicitas, Θεοῦ δὲ δοξάς in διπλαῖς βετταῖς: id est, felicitas datur Deum homini munere. Ut res nostræ benè cedant, id in nobis situm non est, sed à superum attribuo pender. Homini est conatus, Dei est eventus. ¶ Felicitas multos habet amicos, διπλάνη πολύφιλος. Finis suum est illi, τὸ διπλαῖς

**FELICITAS**: id est, felicibus cognatus est vel quilibet. Notio est sententia quam ut requiat interpretetur. ¶ Felicitas raro invidiam effugit. Senec. cap. 2. al. 21. de consol. ad Polyb. Felicitatem suam non continuit Oceanus Jul. Cæsar. Idem cap. 14. de consol. ad Marc. Felicitatis simulachrum. Suet. in Tib. cap. 4.

Feliciter, adverbium: Prosperè, beatè, fortunatè. { δέδαυρος, δέτως. GALL. Heureusement. ITAL. Felicemente. GERM. Glücklich/oder glücksliglich. HISP. Bienaventurada y fertilmente. ANGL. Prosperous, happy, with good lucke. } Cic. 3. de finibus. Necessariò sequitur omnes sapientes semper feliciter, absolute, fortunatè vivere, nulla re impediri, nulla re prohiberi, nulla egere. Plaut. Mercur. Feliciter is sapit, qui alieno periculo sapit. Virg. 1. Georg.

Hic segetes, illis veniunt felicius uva.

Suet. in Claud. cap. 7. Acclamante populo Feliciter. Plaut. Aulul. sc. 6. a. 4. Quæ res tibi benè felicitèque vertat.

**FELICITO**, as: Felicem ac beatum facio. { θύειν iſchſcher. δέδαυρος. GALL. Rendre heureux, faire heureux. ITAL. Felicitare, far felice. GERM. Glücklich machen. HISP. Hacer bienaventurado. ANGL. To mak happy. } Infelicito, hoc est, bonis omnibus spolio, infelitem reddo, de quo suo loco.

Felico, as, felicem facio. Cath. ||

Fellebre, à fellando, i. sugendo deductum. Solinus de Boa, Longo seculo ita fellebri satietate ultimò extuberatur, ut obsistere magnitudini ejus nulla vis queat: i. fellando ac sugendo ubera, emulgedoque quæsita sagina & mole.

Fellitare, fugere. Legitur Fellare, apud Nonnum cap. 2. n. 344.

**FELICO**, as: Lac exsugo. { πάντα γαλάκτων. GALL. Toster. ITAL. Tettare, poppare. GERM. Aufsaugen/oder aufsmelchen. HISP. Mamar leche. ANGL. To sucke milk out of a dugge. } Solinus in Collect. Nequamam mater pullo præbet ubera felicanda. Alii legunt fellitana. Nam fellare primum fuit honestum verbum. Apud Nonnum est fellare pro exsugere. Varro, Tum cum ad quem veniunt in hospitium lac humanum fellasse.

Felonia, perfidia, ingratitudo, improbitas vassalli. ||

Felsina, vulgo Bologna. Urbs Italæ, postea Bononia appellata, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 15. in descriptione octavæ regionis Italæ: Intra (inquit) colonia Bononia, Felsina vocitata, quum princeps Hertria esset.

Felitum, filtrum, quia ex pilis & filis animalium fit, feltro: unde feltatus. Cod. II. antiquarum, feltræ vestes. Calcag.

Feltia, Feltre. V.E. ditionis Venetæ, sub P. Aquileiensi. Antonino est urbs Rhætia. ||

Femæ, inis, sumitur in eadem significatione qua femur. { γένη γαρεχ. μητέρ. GALL. Le dedans de la cuisse. ITAL. La parte dentro della coscia che si tocca con l'altra. GERM. Das inner theil am schenkel bey derscham. HISP. El muslo por la parte de dentro. ANGL. The inne part of the thigh. } Proprietamen feminæ, teste Valla lib. 4. sunt interiores partes, femora exteriores: femina posteriores, femora anteriores. Plin. lib. 11. sic de apibus scribit: Prioribus pedibus feminæ onerant propter matura scabra. Et lib. 28. Femina, inquit, atteri adurique equitatu notum est. Femina enim interiora equitando atteruntur, non exteriora. Hæc duo tamen interdum confunduntur femen & femur. Plaut. Milit. sc. 2. a. 2. In feminine habet lævam manum. Mox, Feriens femur dextrum. Lucret. lib. 4.

—ideo fastigia posse

Surarum ac feminum pedibus fundata plicari.

Varro lib. 2. cap. 9. A feminibus summis corpore suppresso. ¶ Hinc Apuleius fixit vocabulum, Interfemineum, pro pudendis mulieribus, veluti positis inter feminæ. Col. lib. 7. Utile quoque & sub feminæ manum subjicere, ne ad hujusmodi tactum postmodum pavescant. ¶ Existimat Servius feinen in nominativo non reperi. Priscianus docet in raro usu. ¶ Femina etiam inferiores partes significant: nam à flexu dicta videntur. Ubi igitur junctura cum flexu pedis est, feminæ dicuntur. Plaut. in Asin. Sed tamen tu nempe eos ainos prædictas, vetulos, claudos, quibus obtritæ ad feminæ erant ungula. Colum. lib. 6. Femina secari, & interdum inuri solent. Femellarius, feminis deditus, quem antiqui Mulierarium vocabant. Ita Hispani hodie Mugeriego.

Reminælla: Tegumenta feminum, & subligacula. { τεγματία γυναικεία. GALL. Le dedans de la cuisse, culotte. ITAL. Le brache. GERM. Badeh/ schmütz mit welchem die weiber ihr scham bedecken. HISP. Las bragas. ANGL. Breeches or oves stockings. } Suct. in August. Vide dictionem sequentem.

Himyr, oris, quod & Femor dicitur, secundum Phocam à ferendo, quod his præcipue partibus sustineatur animal, atque feratur. { γένη γαρεχ. μητέρ. GALL. La cuisse, ou le dehors de la cuisse. ITAL. Il di fuor de la coscia. GERM. Die aufwendige dicke des schenkels / von oben herab bis auf die knie. HISP. El muslo por la parte de fuera. ANGL. The out roarde part of the tight, the hamme. } Vide latius in dictione Femen. Plaut. in Milit. sc. 2. a. 2. Ecce autem advortit, nimis læva, in femore habet manum: dextera digitis rationem computat, feriens femur dexterum. Livius 4. bell. Fun. Scipionis femur stagula cofixum. Velleius, Ad femur alligare pugionem. Plaut. Mil. sc. 1. a. 1. Elephanto perfregisti brachium. p. Quid brachium? Illud volui dicere femur.

mötällä, femorum tegmina, subligaculum. { תְּכִנְתֵּן michnesajim. επειγόλ. GALL. Des brayes, haut de chaussettes, culotte. ITAL. Brache. GERM. Ein bruch/miderkleid. HISP. Las bragas, muslos de calza. ANGL. Slopes or over stockings, breeches. } Suet. in Augusto, Quare quassato corpore neque frigora, neque æstus facile tolerabat: hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & subucula, & thorace laneo & femoralibus, & tibialibus muniebatur. Legitur & feminibus.

Fœs, p. vox Arabica, est doctrina.

Fenna, τεγματία, articulus, particula.

Fendo. Hoc simplex ponitur, quia sunt composita, defendo, offendō, infensus. ||

**FENESTRA**, x. à φανάρι, antiquè dicebatur festra. Locus apertus ad lucem. Galepini Pars I.

men accipiendam. { ἡλιον challon. δια τον φανάρι, lucere. φεγίς. GALL. Fenestre. ITAL. Finestra. GERM. Ein fenster / tagloch. HISP. La ventana. ANGL. A window. } Ovid.

Quæ lumen thalamis parva fenestra dabat.

¶ Interdum ponitur pro aditu, & via, & occasione. Terent. in Heaut. Huic quantam fenestram ad nequitiam patet feceris. Plaut. Milit. sc. 4. a. 2. Neque solatium, neque fenestra quasi clathrata. Ovid. 6. Fast. Per fenestram ire.

Fenestrinula: Parva fenestra. Hieton. Sic autem una, vel plures fenestrinulae, juxta dispositionem Episcopi. Et per detractionem mediae syllabæ, Festra, quod est ostium parvum in facatio, ut ait Macrob. vide infra Festra. ¶ Fenestram aperite, metaphor. Sueton. in Tib. cap. 28.

Fenestella, & Fenestrula, & Fenestrula, diminutiva sunt à fenestra. { φεγίδιον. GALL. Petite fenestre. ITAL. Finestretta. GERM. Ein fensterlein. HISP. Ventanilla. ANGL. A little window. } Col. lib. 1. cap. 1.

Granaria modicis fenestellis Aquilonibus inspicientur. Apul. de Asino: per quandam fenestrulam, quidnam sibi vellet tumultus, prospicere gestio. Laurenbergius. ¶ Est etiam Fenestella, nomen proprium historici, sèpius à Plinio citati, qui novissimo tempore Tiberii Cæsaris clatuit: de hoc nomine ita Alciat. in lib. 11. parergon, Latini (inquit) veteres calvos in medio capitib. Fenestellas vocabant, quod ea calvities fenestræ similitudinem præ se ferret: hincque historici Fenestellæ nomen apud Plinium, quod ea corporis parte glaber, author ejus familie fuisse. ¶ Fenestella item alias fuit, cuius de magistratibus Romanorum liber extat.

Fenestro, as: { φεγίδων, φεγίδας ποιῶν. GALL. Faire fenestres & ouvrir quelque chose. ITAL. Aprire qualche cosa, far una finestra. GERM. Ein fenster machen/ein tagloch machen. HISP. Abrir alcuna cosa, hazer ventanas. ANGL. To mak windowes. } Plin. lib. 11. cap. 36. Media oculorum cornea fenestravit pupilla.

Fenestratus, a, um: Fenestræ ornatus & abundans, perforatus. { πολύθερος, πολύθερης. GALL. Percé, & fenestré. ITAL. Aperto, fatto à fenestre. GERM. Durchfenster/oder das fenster hatt. HISP. Cosa con ventanas. ANGL. That hath windowes, bored through. } Plaut. Nulla est fenestrator domus.

Fenestralis, adjectivum. { φεγίδος, φεγίδας ποιῶν. GALL. De fenestre. ITAL. Cosa de fenestra. GERM. Das zu den fenstern gehört / oder von fenstern den nahmen hatt. HISP. Cosa de ventana. ANGL. Of windowes. } Ut, porta fenestralis. Ovid. 6. Fast.

Feraribetæ, dicitur agrestis. Sisenna apud Nonium, partim ferabite, partim lauro ac pinu abundant. Legendum fera vite, i. labrusca, quæ ἄπειλη φέρει.

**FERA**, arum, à ferendo dictæ sunt, quod cum imperu, & sine ratione ferantur: aut quod naturali utantur libertate, & pro desiderio ferantur. { τρίχων chajiah. φηγες. GALL. Bestes sauvages. ITAL. Fiere, bestie salvatiche. GERM. Wilde thier. HISP. Las bestias bravas y fieras. ANGL. wylde beastes. } Propriet autem feræ dicuntur quæ ferocitatem habent, ut leones, pardi, lupi, quæ ubi mansuæ sunt, cicures appellantur. Ovid. in Epistol. Ariad.

Mitius inveni quam te genus omne ferarum.

Idem 2. Metam.

Vastarumque videt trepidus simulachra ferarum.

Quint. lib. 1. cap. 10. Non feras modò, sed faxa etiam, sylvásque duxisse, memoria proditum. ¶ Feræ bestiæ. Liv. 6. bell. Fun. & lib. 1. d. 4. lib. 6. d. 5. ¶ Fera tellus. Tibull. lib. 4.

Nec fera Tereo tellus posse colono.

Et fera beltia, luxuria. Liv. lib. 34.

Magna, minórque, fera. (id est, ursæ.)

Ovid. Eleg. 3. lib. 4. Trist. ¶ Interdum feræ significatio latius extenditur, ut omnia feræ bruta terrestria complectatur. Cicer. 1. Offic. Expertes rationis & orationis feræ. ¶ De fera comedisti, ἀρετή βιογενες. Dicebatur olim oscitanti. Nam vulgo creditum, carnem ferinam comesam crebras oscitationes excitare. Venustius erit, si commode transferatur ad supinos, oscitabundos, & negligentes.

Ferinus, a, um: Feralis, quod est ferarum. { φερίας, φεριάδης. GALL. De beste sauvage, comme beste sauvage. ITAL. Ferino. GERM. Thierisch / das von wilden thieren hist / oder ihnen gleich ist. HISP. Cosa perteneciente à fiera. ANGL. Of a wilde beaste, resembling à wilde beast. } Apuleius, Ferino, ac beluino ritu. Salust. in Iugurtha. Getulis cibus erat caro ferina. Ibidem, Numida plerumque laete & ferina carne vescabantur. Colum. lib. 10. in Proæm. Largior tamen pauperibus fuit usus, lactis copia, ferinæque, ac domesticatum pecudum carne. Cicet. 1. de invent. Nam fuit quodam tempus quum in agris homines passim bestiarum more vagabantur, & sibi victu ferino vitam propagabant. Ovid. Eleg. 11. lib. 3. Trist.

Natus es è scopulis, nutritus lacte ferino.

Idem 5. Fast.

Vberaque expōsitis illa ferina dedit. (Lupa.)

¶ Ferina, absolute aliquando usurpatum: & subintelligitur caro. Virg. 1. Æneid.

Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferina.

Ferūs, a, um, à φερε. Agrestis, & indomitus. { τρίχων sorēr. φερε. GALL. Sauvage, farouche, cruel. ITAL. Fiero, salvatico, indomito. GERM. Grimm/wild/grausam. HISP. Fiero, bravo y cruel. ANGL. wylde, cruell, fierce. } Cui opponitur cicur, & per translationem atrox, lœvus, qui ferinum animum habet, vel qui durioris est vita, & animi crudelioris. Virg. 2. Æneid.

— ferus omnia Iupiter Argos

Transluit.

Cic. ad Attic. lib. 12. O fera tempora, quum dubitet Curtius consulatum petere. Ovid. 13. Metam.

Pérque feros enses.

Idem Eleg. 3. lib. 3. Trist. Feri Manes: & umbræ Sarmaticæ. Idem Eleg. 1. lib. 1. Trist.

*Absertus, & nobis nimium crudeliter hostis!*  
 Idem Eleg. 1. lib. 1.  
*Me fera jactat hiems.*  
 Et Eleg. 1. lib. 2.  
*Parce, precor, fulmenque tuum, fera tels reconde.*  
 Idem 3. Fast.  
*Nec vos turba feri censu fraudate magistri ( id est, Lanistæ.)*  
 Ibidem,  
*Qui fera bella canunt.*  
 Idem Eleg. 2. lib. 4. Trist. Fera Germania. Ibid. Feræ cædis plena.  
*Fera flumina. Tibull. lib. 4.*

*Et fera discordes tenuerunt flumina venti.*

*Ferus, absque adjuncto, pro equo. Virg. lib. 2. Æneid. & pro certo. Idem lib. 7. ¶ A feras, componitur Semiferus. Unde semifera dicuntur animalia, quæ ex fero placidoque nascuntur, ut ex apto & sue: aut certè quæ nec placida, nec fera sunt, sed media inter utrumque naturæ, ut in volucribus hirundines: in campo lepores, cuniculi: in mari, delphini. Perferus, valde feras. *marus et ceteri.* Varr. lib. 2. de re rust. Boves perferi etiam nunc multi sunt in Dardania, & Media, & Thracia. ¶ Et per translationem, fera ulcera, fera scabies, fera papula, quæ manu chirurgica non possunt perdomati.*

Feritæ, atis: Immanitas, naturæ asperitas. ¶ Mansuetudo. { *άγριος*, *άγρια*. GALL. Farouche & sauvage maintien, brutalité, & cruauté sauvage. ITAL. Fierezza, crudeltà. GERM. Wilde, grimmigkeit, grausamkeit. HISP. Fiereza, bravura, & crudeldad. ANGL. Wildness, cruelty, fierceness. } Cæsar 8. bell. Gall. Cultu & feritate non multum à Getmanis differebant. Martial. lib. 1.

*Postquam inter nos est, plus feritatis inest.*

Livius 4. bell. Maceæ. Lacetanos, deviam, & sylvestrem gentem, cum insita feritas continebat in armis, tum, &c. Ovid. 4. Fast.

*Depositæ sequitur taurus feritate juvencam,*

*Quem toti saltus, quem nemus omne tremit.*

Idem Eleg. 6. lib. 4. Trist.

*Nec feritas animo ( leonum ) qua fuit antè manet.*

FERĀLIA, otum, Feræ erant Romanis, diis Manibus sacratae: ita dictæ à ferendis ad tumulum epulis. { *γενέσια*, *έπολις*, *τάφος*. GALL. Iour dédié & consacré aux morts. ITAL. Giorno dedicato ad officii mortorii. GERM. Ein feyrung oder opferrung den Höllischen Göttern oder Gaistern. HISP. Dia consagrado à los muertos. ANGL. Allsoules day, a day dedicated to godde for the dead. } Ovid. 2. Fast.

*Hanc quia justa ferunt, dixere Feralia lucem,*

*Vtima placantis Manibus illa fuit.*

Cicer. Attic. lib. 7. Eodem enim die video Caſarem à Conſinio post meridiem profectum esse, id est feralibus, quo Canusio manè Pompeium.

Ferālis, e, adjективum: Funestus, ditus, exitialis: à feralibus diebus, quibus epulæ in mortuorum sepulchra inferebantur. { *γενέσια*, *έπολις*, *τάφος*. GALL. Mortel, pestifer, pernicieux. ITAL. Mortale, crudele. GERM. Das zu der todten feytag gehört tödlich / tödlich / grausam. HISP. Mortal, cruel. ANGL. Deadlie, mortall. } Virg. 4. Æneid.

*Solaque culminibus ferali carmine bubo*

*Visa queri.*

Ovid. Eleg. 13. lib. 3. Trist.

*Funeris ara mihi ferali cincta cupressu*

*Convenit.*

Idem Eleg. 3. lib. 3. Trist.

*Tutamen ex incho feralia munera semper*

*Deque tuis lacrymis humida ferta dato.*

Idem lib. 5. Fast.

*Vt nunc ferali tempore operta vides ( templo. )*

Generaliter dicitur de omni te ad defunctorum pertinente. Unde Feræ virtæ, quæ sunt funeri accommodatae. Feralia amicula, sunt vestimenta quibus cadavera defunctorum vestita sepulchro conduntur. Feralia fœdera, tæda ferales, & arma feralia, hoc est, mortifera. Feralia officia, quæ inferis & defunctis exhibentur. Feralis cultus, pro funebri & lugubri. Feralis item arbor. Plin. lib. 26. cap. 10. Picea montes amat, atque frigota, feralis arbor, & funebri indicio ad fore posita. Et ferales præcones, quos anteambulones atratos, Latinæ appellare possumus, ex quorum grege sunt funerum indictores. Budæus.

Feræ. Ferculum: vide Fero.

FERBEO, es, ui: Bullio. { *ζω*. ANGL. To bubble as water in seething. } Horat.

*Velatimque stola mea cum deferuit ira.*

Unde & Ferbeo, scis. Hujus composita sunt Deferbo, quod est, à bulliendo cesso. Gell. propriè: Punt interea venerat, & olla deferuerat, tempisque esse cœperat edendi. Efferbo, *άεριος*. Extra & valde bullio. Vide Ferveo.

¶ Ferdaria: vide Fridaria. ¶

Ferè, adverbium, à fero, quia quod fertur, ferè adeat. Fermè, propè, propemodum, penè, quasi. { *ψυχή chimhar. μηρός μηρός*, *χείρ*. GALL. Presque, il ne s'en faut gueres. ITAL. Quasi. GERM. Schier, darnach. HISP. Quasi, à poco mas à menos. ANGL. Almost. } ut, Ferè hominem occidisti: id est, parum abfuit, quin hominem occideris. ¶ Ferè, proplerumque. Terent. Phorm. Quippe homo jam grandior, pauper, cui opera vita erat, ruri ferè sese continebat: id est, non semper, sed plerumque. Quint. lib. 2. cap. 5. Nam in omnibus ferè minus valent præcepta, quam experimenta. Plaut. Curc. sc. 1. a. 2. Nam ferè maxima pars morem hunc homines habent. Ovid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.

*Sentit amans sua damna, ferè tamen haret in illis.*

¶ Interdum in oratione ita construitur, ut intelligatur quædam universitas. *πᾶσι*. Quintil. Ha ferè sunt emendatæ loquendi scribendique partes, id est, ferè omnes. Cic. de Amic. Meminit in eum sermonem incidere, qui tum ferè multis erat in ore, id est, ferè semper, vel ferè omnibus. Ferè ( inquit Valla lib. 2. ) de loco, de tempore, similibusque dicitur, ut utor ferè hac ueste in faciendis sacris, id est,

omni ferè tempore. Ferè Romani orbem subegerunt, id est, ferè totum orbem. Ferè sit ut juvenes ament, id est, ferè ubique. Liv. 1. ab Urbe, Contrahit celeriter similitudo eos ( ut ferè sit ) malum male aptissimum.

Ferentarii: vide Fero.

Ferentium, φερεντῖον Ptolemæo, Fiorentino, oppidum est Tuscorum, juxta Fesulas, non procul ab Arno fluvio. Cujs oppidi ineolæ dicuntur Ferentini φερεντῖοι. Author Plin. lib. 3. cap. 5. & Pomp. Melib. 2. ¶ Ferentines autem, Latii populi sunt, apud eundem Plin. leco jam citato, quorum oppidum Ferentinum commemoratur i Strab. lib. 4. Ferentina porta Romæ. Plutarch. in Romul.

¶ Ferentum, quod & Ferentium & Ferentia, Ferento, patria Othonis Imperatoris. V. olim E. Etruria, inter Falrium, & Viterbum: ob haeresim à Viterbiensis solo æquata jacet. Ejus ruinae inter Vincoriam & montem Flasconium spectantur, & vulgo Ferento, nuncupantur. ¶

Fereola, ε, vitis cuiusdam genus est, apud Columell. lib. 3. cap. 1. Italicam ( inquit ) fereolamque non facile asseverem quo gradu habenda sint.

Feretrius, φερετρῖον, dictus est Jupiter non à pace ferenda ( ut quibusdam visum est, ) sed à ferendis spoliis. Nam Romulus devictis Ceninensibus, hostium spolia ferculo ad id facto, in Capitolium detulit, ibique ex queru suspensa, Jovi consecravit, eodemque in loco Iovi Feretrio templum condidit, authórumque fuit posteris, ut eò capu ex hostibus spolia deferrent. Vide Plut. in Romul. & in Marc. Liv. lib. 1. ab urbe, Inde exercitu victore reducto, ipse cum factis vir magnificus, tum factorum ostentator haud minor, spolia ducis hostium cæsi suspensa, fabricato ad id ferculo gerens, in Capitolium ascendit: ibique ea quumad quercum pastoriis sacram depositisset, simul cum domo designavit Jovis templo fines, cognoménque addidit Deo: Jupiter Feretri, inquit, hæc tibi vicit Romulus Rex regi arma fero: templumque iis regionibus, quas modò animo metatus sum, dedico: sedem opimis spoliis, quæ regibus, ducibusque hostium cæsis me authorem sequentes posteri ferent. Hæc templi est origo, quod primum omnium Romæ sacratum est. Ita deinde dū visum, nec irritam conditoris vocem esse, quâ laturos eò spolia posteris nuncupavit: nec multitudine compotum ejus doni vulgare laudem. Bina postea inter tot annos, tot bella, opima parta sunt spolia: adeò rara ejus fortuna decoris fuit. ¶ ¶ Est præterea Feretria, vel Feretranus Mons, Monte Feltræ, provincia ditionis hodie Urbinensis, cujus caput est S. Leonis oppidum munificissimum, quod habet Episcopum Urbinensi A. Suffraganeum. Vide Leopolis. Episcopus vulgo dicitur Montis Feltri. ¶

Feretrum: vide Fero.

FERIA, arum, quasi festæ, à festis. Dies cessationum ab opera: ita dū vel à feriendis victimis, vel ab epulis ferendis: in his enim epile siebant ex pecorum frugumque proventibus. { *γενέσια*, *έπολις*, *τάφος*. schabbath, שַׁבָּת chagb. חֲגָב, iορδα, πλεύτη. GALL. Feries, festes, ημέραι de fêtes. ITAL. Ferie, giorni quieti. GERM. Feiertag, festtag. HISP. las fiestas, días de guardar. ANGL. Holy days, days vacant from labour. } Cic. de legibus. Ferias jurgia amovento. Festus, Ferias antiqui festa vocabant: & alizæ erant sine die festo, ut nundinæ: aliz cum festo, ut Saturnalia: quibus adjungebantur epulationes ex proveni factus, pecorum, frugumque. ¶ Feræ præcidaneæ quid, docet Gell. cap. 6. lib. 4. Ferias servare. Idem cap. 28. lib. 2. Idem Capt. sc. 1. a. Lucrum, ludum, iocum, festivitatem, ferias. ¶ Esuriales feræ, vide Esuriales. ¶ Feræ vindemiales excusant militem. Gell. cap. 4. lib. 16. Feriatum astivarum tempus. Idem cap. 15. lib. 9. ¶ Feriarum autem apud antiquos multa erant genera, quæ pollui dicebantur, si in his aliquod opus fieret. Erant enim inter ferias alizæ publicæ, alizæ familiæ quibusdam propterea. Feriarum publicarum quatuor erant generi, ut docet Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 16. Stativæ, universo populo communes, quæ certis & constitutis diebus siebant, in quibus præcipue servabantur Agonalia, Carmentalia, Lupercalia. Concepitur, quæ quotannis à magistratibus, vel sacerdotibus concipiebantur certos, sive incertos dies, ut Latinæ, Sementinæ, Paganalia, Compitalia. Cic. 1. de nat. deor. Nam quum ferias Latinis ad cum ipsius rotatu accessu que venissem. Ferias autem Compitalia, quomodo prætor concepierat, vide apud Gell. cap. 24. lib. 10. Imperativæ, quæ Consules, vel prætores pro arbitrio indicebant extra ordinem profligate Reipublicæ, aut Principis, aut ob rem feliciter gestam. Nundinæ paganorum erant ac rusticorum, quibus ad negotia & merces conveniebant. Erant præterea propria familiarum feræ, quas quæque familia ex usu domesticæ celebratæ observabat, ut Claudia feræ, & Æmilia. Item singulorum, ut natalium dierum, quæ Natalitiæ dicitur, & fulgurum & funerum expiationis. ¶ A ferias festi dies dū sunt Feriati, hoc est, in quibus feræ celebabantur. ¶ Ignavis semper feræ sunt, αἴστησις καὶ τοιοῦται. Aptè accommodabitur in eos, qui nunquam non causantur aliquid, quod sint in otio, quicunque optat dies festos, quod liceat otiali, ventrique & voluptatibus indulgere.

Ferio, & Ferior, aris: depōnens. Vaco ab opere, cesso, quiesco. ¶ schabbath, שַׁבָּת chagb. חֲגָב, χολιά ἄρω. GALL. Cesser, se reposar, sester, ne faire rien. ITAL. Farferia, far vacanza. GERM. Seyten. HISP. Guardar sin obra la fiesta. ANGL. To keep holy day so be unoccupied. } Vacare ab aliquo opere, vel studio. Ut feriati ab studiis. Tribon. ad Cic. lib. Epist. 12.

Feriatus, a, um: Quietus, otiosus, nihil agens. ¶ שְׁבָת schabéth, שְׁבָתָה chagbh. χολιά ἄρω. GALL. Qui fait la fête, qui ne fait rien, qui n'est pas en service. ITAL. Otioso, che non fa nulla. GERM. Geseyret, mässig. HISP. El que es de fiesta, ocioso y sin obra. ANGL. That keepeth holy day, idle. ¶ Trebonius Ciceroni, Illud quoque nobis erit curæ, ut Crispinus una cum eo sit, ne putes in Asia feriatum illum ab iis studiis, in quæ tua cohortatione incitat, futurum. Plaut. in Milli. Tibi ego dico, feriatus ne sis. Martial.

*Nec feriatus ibat ante currucam.*

Cicer. 1. de natura deorum, Deum sic feriatum volumus cessatione torpore. ¶ Feriati dies, in quibus feræ aguntur, iορδα. Gell. cap. 10.

lib. 19.